

filias Solis amore succedit, id est enim Pasiphaēn, Medeān, Phaedram, Circen, Dircei. Quid sibi de hoc poētica alludat gatrulitas inquiramus: perstant nunc in nostra de hac fabula uita certa admodum testimonia. Nam uittus corrupta libidine sole teste appetet, unde Ouidius in Metamorphoseon ait: Vider hic Deus omnia ptimus. Quæ quidem uirtus corrupta libidine turpiter catenata seruoris cōstructione tenetur. Hæc itaq; quinq; Solis filias, id est, quinque humanos sensus luci ac ueritati deditos, quasi solis foetus hac corruptela fuscatur, ob hanc rem etiā huiuscemodi nomina quinq; ipsi Solis filiabus uoluere. Primam Pasiphaēn, ut uisum quasi *ωασιφαην*, quod nos latine omnibus apparentem dicimus. Visus enim reliquos quatuor sensus inspicit, quia & eum qui clamat uider, & palpando notat, & degustando aspicit, & odorando intendit. Secundā Medeām, quasi auditū, hoc est, *μυδεην ιδ' εαη*, quod nos latine nullā uisionē dicimus. Quarta Phædra quasi odoratus, uelut si dicatur *φρεωηη ησλην*, quasi afferens suauitatem. Quinta Dirce, saporis index, quasi *ελινογινη*, quod nos latine acte iudicans dicimus.

De Vlyxi & Sirenis.

Sirenes græce tractatoria dicuntur. Tribus enim modis illecebra amoris trahuntur, aut cantu, aut uisu, aut consuetudine. Amatur enim quadam specie ueuustate, quadam etiam lenocinante consuetudine. Quas Vlyxis socii obtutatis autibus transeunt. Ipse uero religatus transit. Vlyxes enim græce quasi *ολωη ξενος*, id est, omnium peregrinus dicitur. Et quia sapientia ab omnibus mundi rebus peregrina est, ideo astutior Vlyxes dictus est. Deniq; Sirenas, id est, delectationū illecebras & audiuit & uidit, id est, agnouit & iudicavit, & tamen transit nihilominus. Ideo quia auditæ sunt, mortuæ sunt. In sensu enī sapientis omnis uoluptatis affectus emoritur. Ideo uolatiles, quia mentes amantium permeant celeriter. Inde gallinaceos pedes, quia libidinis affectus omnia quæ habet, spargit. Deniq; & Sirenes dictæ sunt, συγκατα enim græce traho dicitur.

Scylla.

Scyllam ferūt uirginem pulcherrimā, quam Glaucus Antedonis filius amat, quē Circe Solis filia diligebat, itatāq; Scyllæ fonte, in quo lauari solita erat uenenis infecit. Vbi illa descendens ab inguine lupis canibusq; marinis inserita est. Scylla enim græce quasi *σκύλλημοη* dicta est, quod nos latine confusione dicimus, & quid confusio nisi libido est: quam libidinē amat Glaucus, γλαυκός enim græce lusciosus dicitur, unde & glaucomata dicimus cæcitatem: ergo omnis qui luxutiā amat, cæcus est. Nā & Antedonis filius dictus est. Antedon enim græce, quasi antidon, quod latine cōtraria uidens dicimus, ergo lippitudo ex cōtraria uisione nascitur. Scylla enim in modū ponit meretricis, quia omnis libidinosa, canibus lupisq; in guina sua necesse est misceat. Iuste ergo lupis & canibus mixta, quia nescit sua alienigenis denorationibus saturate secreta. Sed hanc Circe odiſſe dicitur. Circe, ut ante dictū est, manus diiudicatio uel operatio nuncupatur, quasi *χειρῶν κρίτη*. Laborem enim manū & operationem libidinosa mulier non diligit, sicut Terentius ait, A labore procluem ad libidinem accipit conditionem, de hinc quæstum occipit, hanc etiam Vlyxes innocuus transit, quia libidinem sapientia contemnit.

De Mida rege & Paſtolo fluvio.

Mida rex Apollinem petuit, ut quicquid tetigisset, aurum fieret. Cumq; prometuisset, munus in ultionem conuersum est, coepitq; sui uoti effectu totqueri. Nam quicquid tetigerat, aurū statim efficiebatur. Etat ergo necessitas aurea, locuplesq; penuria, nam & cibus & potus rigens auri materia marmarabat. Itaq; Apollinem petuit, ut mala desiderata conuerteret. Responsōq; accepto, ut tertio caput sub Paſtoli fluminis undas subderet. Quo facto, Paſtolas deinceps arenas aureas trahete dicitur. Sed euidenter poēta alluserunt argutiam, illa uidelicet causa, quod omnis appetitor aquaritiae, cum omnia pretio destinat, fame moritur, quod & Mida rex

in erat.

erat. Sed collecta pecuniarum summa, ut Sosocrates Cigizenus in libris historiæ scribit, quod omni censu suo Mida rex Paololi fluvium (qui in mare cutrere solitus erat) per innumerabiles meatus ad irrigandam prouinciam deriuauit, suaq; expensa auaritia fluvium fertilem reddidit, Mida enim græce quasi μηδεν ιδων, id est, nihil sciens. Avarus enim tantum stultus est, ut sibi prodeesse non norit.

De Vulcano & Minerua.

Vulcanus cum Ioui fulmen efficeret, ab Ioue promissum accepit, ut quicquid uellet præsumeret. Ille Minerua in coniugium petuit, Iupiter impetravit, ut Minerua armis virginitatem defendisset. Dumq; cubiculu introitent, certando Vulcanus semen in pauimétum eiecit, unde natus est Erichthonius, q; enim græce certamē dicitur, χθὼν χθονός uero terra nuncupatur: quē Minerua in cista abscondit, draconemq; custode apposito, Aglauro & Pandoræ cōmendauit: qui primus curum reperit, Vulcanum dici uoluere, quasi futiæ ignem, unde & Vulcanus dicitur, ueluti uoluntatis calor, quasi Βουλικαῖτρος. Denique Ioui fulgura facit, id est, furorem concitat. Ideo uero eum Minerua coniungi uoluerunt, quod furore etiam sapientibus subterpat. Illa uero armis virginitatem defendit, hoc est, omnis sapientia integratæ motum contra furiam uitute animi vindicat, unde quidem Erichthonius nascitur, q; enim græce certamen dicitur, χθὼν uero nō solū terra, quantū etiam inuidia dici potest, unde & Thales Milesius ait, ὡς χθὼν ποσμικὸς ἄργυρος, id est, inuidia mūdanæ gloriæ cōsumptio, & quid nam aliud surripiens sapientię furor generate poterat nisi certamen inuidiae: Quod quidem sapientia, id est, Minerva abscondit in cista, id est, in corde celat: ergo Minerua draconem custodē apponit, id est, perniciem, quē quidem duabus cōmendat virginibus, id est, Aglauro, & Pandoræ. Pandora enim uniuersale dicitur munus. Aglauro uero quasi ἀχολγθος, id est, tristitia obliuio. Sapiens enim dolorem suum aut benignitati cōmendat, quē omniū munus est, aut obliuioni, sicut de Cæsare dictum est. Qui obliuisci nihil amplius soles quam iniurias. Deniq; cum Erichthonius adolesceret quid inuenisse dicitur: nihilominus currum, ubi inuidia semper certamen est. Vnde Vergilius, primus Erichthonius currus, & quatuor ausus iungere equos. In spicite quantum ualeat cum sapientia iuncta castitas, cui flammatum non præualuit Deus.

Dionysius.

Iupiter cum Semele concubuit, de qua natus est Liber pater, ad quā cum fulmine ueniens crepuit. Vnde pater puerū tollens in scemore suo misit, Maroni postea nutriendum dedit. Hic in Indiam debellauit, & inter deos deputatus est. Itaq; cum Semele quatuor sorores appellatae sunt, Ino, Autonoë, Semele & Agave. Quid sibi hæc fabula sentiat, exquiramus. Quatuor sunt ebrietatis genera, id est, prima uinolentia, secunda terum obliuio, tertia libido, quarta insania. Vnde & nomina hæc quatuor Bacchæ acceperunt, Bacchæ diitæ sunt quasi uino vacantes: prima Ino, οῖνος græce, latine uinū dicimus: Secunda Autonoë quasi αὐτηνόν, id est, seipsum nō cognoscens: tertia Semele quasi σωμάλνον, quod nos latine corpus solutū dicimus, unde & ipsa genuisse Liberū patrem dicitur, id est, de libidine nata ebrietas: quarta Agave, quæ ideo insanæ comparatur, quod caput filii violenter abscidit. Liber uero pater diuinus est, quia uini passio liberas mentes faciat. Indos uero uicisse, quod hæc gens ualde sit uino dedita, duobus scilicet modis, siue quia seruor solis eos faciat potare, siue quia ibi sit serpentum uinum, uel meroitanum: cuius uini tanta uirtus est, quo uix quilibet ebriosus sextarium toto mense bibat. Vnde & Lucanus ait. Indomitum Meroe cogens spumare falernum, aqua enim omnino domari non potest. Maroni etiam Dionysius nutriendus datur, quasi Meroni. Mero enim omnis nutritur uinolentia. Hic etiam tigri bus dicitur in sedere, quod omnis uinolentia fertilitati semper infisstat. Siue etiam quia ui no esferatæ mentes mulceatur, unde & Liæus dicitur quasi lenitatem præstans. Juuenis uero ideo pingitur Dionysius, quia nunquam ebrietas matuta est. Ideo etiam nudus,

quia

quia omnis ebriosus intetuendo nudus remaneat, aut mentis suæ secreta ebriosus nuder.

De Cygno & Leda.

QVAMIS in omnibus libidinis amor turpior sit, nunquā tamē deterior erit, quām cum se honorato miscuerit. Libido enim honestatis nouerca, dū quid expediāt nescit, semper est maiestati cōtraria. Qualis enim diuinitas eius qui sit, quod esse uelit, ne quidem quod fuerat esset, conuersus in cygnū cum Leda concubuit, quæ peperit ouum. Vnde nati sunt tres, Castor, Pollux, & Helena. Sed hæc fabula mystici saporem cerebri concipit. Iuppiter enim in modum potentiae ponitur, Leda uero dicta est quasi λοιδη, quod nos latine, aut iniuriam, aut conuicium dicimus: ergo omnis potentia iniuriæ mixta, speciem suæ generositatis mutat. Ideo uero in cygnū conuersus dicitur, quod ferunt physiologi quammaxime Melissus Euboicus, qui omnium physiologorum sententias disputauit, huius generis auem conuitiis ita esse plenam, ut ipsa aue clamente, reliquæ aues taceant, quæ præsto fuent, unde & olor dictus est, quasi ab oligotria tractum, quod nos latine iniuriā dicimus, ergo quotiescumq; nobilitas in iniuriā uergit, conuitiis misceatur necesse est. Sed quid ex hacre concipitur, uideamus. Nihilominus ouum, quia sicut in ouo omnis sortities, quæ purgari potest in igne, cōtinetur intrinsecus. Ita etiam in effectu iniuriæ omnis est immūditia, sed ex hoc ouo generātur tres, Castor, Pollux, & Helena. Nihilominus seminatū scandalī & discordiæ, sicut antea diximus, & geminū luctū concussit adultera mundo. Castorem uero & Pollucem, quasi in modū perditionis ponunt, unde & in mari Castorum signa dixerunt, quæ periculū creant. Nam ob hanc rem etiam ambos alternatim resurgere, atq; occidere dicunt, quod superbia nonnunquā uiuat, nonnunquā occidat. Vnde & ὑπερηφανία græce, superbia dicitur, sed ὑπερηφανία proprie superaparatio dicitur, quia in ipsis duobus signis que eorū uocabulo fratrū nuncupauere, unus super appareat, alter uergat, sicut lucifer, & antifer, nam græce pollux, ἡλίος τοῦ ἀπόλλυ, id est à perdendo, & castor quasi κακὸν ὑστρός, id est, malum extremitum. **Ixion.**

QVI plus querit quām liceat esse, minus erit quām est. Ixion igitur coniugium Iunonis affectas, illa nubē ornauit in speciem suam, cum qua Ixion coiens centauros genuit. Sicut nihil latina gratiosius ueritate, ita nihil græca falsitate ornatus. Deniq; Ixionem dici uoluere, quasi axionē, & ξιώτης enim græce dignitas dicitur. Dea uero regnorū Iuno est, ut pridem diximus, ergo dignitas regnū affectans nubem metetur, id est, similitudinē regni. Regnū enim illud est, quod perenniter duraturum est. At uero cui temporis fugitiua uis inuidet, pinnatisq; celerrima rapibus momentaneæ felicitatis figuræ potius quām ueritatē ostendēs, uentositatis inanem specie presumit. Deniq; Beatinus augur dicere solitus erat, diuersarū urbiū honorēs somnialiter peragit turbatio mimologo, & quāuis ultraq; nihil agere dixerit, tamen hoc Rhomæ præstare uisus est, quod ex parte quidem ueros honores, sed risorios, sed ciuitus fugitiuos. Credo enim quod de Theophili philosophi sententia legerat dicentis, μέμον ὁ βίος, id est, mimus uita. Nunc ergo fabulā repetamus. Dromocrides in Theogonia scripsit Ixionem in Græcia primum regni gloriam affectasse, qui sibi centum equites primus omniū acquisiuit. Vnde & Cētauti dicti sunt quasi centū armati. Deniq; Centhippi dici debuere, ex quo etiam equis mixti pinguntur, sed ideo centum armati: qui quidem Ixion paruo tempore celere regnū adeptus, dehinc regno expulsus est. Vnde & eum ad rotam dannatum dicūt, quod omnis rotæ uertigo, quæ superiora habet modo deiicit. Ergo ostendere hic uoluerunt, quod omnis qui per arma, atq; violentiam regnum affectant, subito erectiones, subito elisiones sustineat, sic ut tota, quæ stabile nō habet ali quando cacumen. **Tantalus.**

TAntalum dicunt in lacum inferni depositum, cui fallax aqua gulosis labia titilla, mentis attingit, poma quoq; fugitiuis cinerescentia tactibus desuper facient us apparent pendula. Ergo hic locuples uisus & pauper effectus, ita se illa unda fallax præbet,

similiter
rubricario

ut sitiat, ita se poma ingerūt, ut esuriat: hanc fabulam Petronius breuiter exponit, dicens:
Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem sua uota premunt.
Diuitis haec magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

De Proserpina & Endymione.

Lvnam ideo ipsam uoluerunt etiam apud inferos Proserpinā dici, seu quod nocte luceat, seu quod humilior currat, & terris præsit, illo uidelicet pacto, quod detinimenta eius & augmenta non solum terra, sed & lapides, uel cerebra animantiū & (quod magis incredibile fit) etiam lætamina sentiant, quæ in lunæ clementis electa uermiculos parturiunt, ortis ipsam etiam Dianam nemoribus uolunt simili modo, quod arborum & fruticum succo augumenta inculcat. Denique clementis lunæ abscisa ligna furfuraceis tineantū terebraminibus fistulescunt. Nemo ribus quoq; adesse dicitur, quia omnis uenatio plus nocte pascatur, dieq; dormiat. Endymionem uero pastore amasse dicitur, duplo scilicet modo, seu quod primus hominum Endymion cursum lunę inuenierit. Vnde & xxx. annis dormisse dicitur, qui nihil aliud in uita sua, nisi huic repetitioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa scribens tradidit, siue pastore Endymionē amasse fere, quia nocturni toris humor, quē tāportia siderū atq; ipsius lunæ animadis herbarū succis insudat, pastoralibus prosit successibus.

FVRII PVBLII FVLGENTII
MYTHOLOGIARVM LIBER III.

Nscientiæ formidolosa suspectio semper excusandi quærit suffragia. Quo quicquid ignorantia incursionum mater peccauerit, id ueniae absoluat petatio, quæ culpas uestire consuevit. Sed quia nunquam de se male aestimat sermo, qui ad amantē iudicem mittitur, id circa meq; simplicitatis negotiū tuo Domine purissimo cōmisi iudicio, fretus quicquid absurde digestum est, non ut inuidus detrahis, sed ut doctissimus corrigit.

Bellerophon.

Pœtus rex uxorem habuit Antiam nomine, quæ amauit Bellerophontem, cui dum ob stupti cauissam mandasset, ille noluit: quē marito criminata est. Ille eum ad chimertā interficiendā misit per socerū suū. Quam Bellerophon equo Pegaso residens interfecit, qui de Gorgonis sanguine natus fuerat. Bellerophonta posuerunt, quasi θεληφόροντα, quod nos latine sapientiæ consiliatore rem dicimus, sicut Homerus ait, ἡ γέν παννύχιον εὐθεαγέληφόρομ αὐδοα, id est, nec decet tota nocte dormire consiliatore virū. Nam & Menáder similiter in dissexapoto comedie ita ait, θεληφόρε ύμων δέ με πρόλαβεν ὀρεστη, id est, consiliatio nostram de mea præoccupauisti uisionem. Nam ut hoc certum sit Homerus in fabula eiusdem Bellerophontis ita ait, πεῖθ' αγαθὰ φρονέοντα θεληφόρον θεληφόροντη, id est, bona cogitantū sapientissimū consilium: spernit libidinem, id est, Antiam, αντίον enim græce contrariū dicitur, sicut antichristum dicimus, quasi αντίον τῷ χριστῷ, id est, contrarius Christo. Vide itaq; cuius uxor Antias dicatur, nihilominus Procti, Proctos Pamphila lingua sordidus dicitur, sicut Hesiodus in Buccolico ludicro scribit dicens, id est, sordidus uagaru bene calcararu sanguineo rore, & cuius uxor est libido nisi sordidus. At uero Bellerophon, id est, bona cōsultatio qualē equū sedet nisi Pegasus: quasi pegaseon, id est, fontē æternū. Sapientia enim bonæ cōsultationis æternus fons est. Ideo pénatus, quia uniuersam mundi naturā celesti cogitationum theoria collustrat. Ideo & musarū fontem ungula sua rupisse fertur. Sapientia enim dat musis fontem, ob hanc rem etiā sanguine Gorgoneo nascitur. Gorgon enim pro terrore ponitur. Ideo & Mineruæ pectore fixa est, sicut Homerus in xiii. ait: Ergo hic

Ergo hic duplex assertio est. Aut enim terrore finito sapientia nascitur, sicut de sanguine, id est, de morte Gorgonis pegasus, quia stultitia semper est timida, aut initium sapientiae timor est, quia & magistri timore sapientia crescit, & dum quis famam timerit, sapiens erit, unde & chimeram occidit. Chimera enim quasi κύμης, id est, fluctuatio amoris. Ideo etiam triceps chimera pingitur quia amoris tres modi sunt, hoc est, incipere, perficere, & finite. Dū enim amor nouiter uenit, ut leo feraliter inuidit, unde & Epicamus comicus ait, Λαυράς επει λεοντέας οιωνάς θελερός, id est, domitor cupidio leonem uitute presumptior. Nā & Vergilius in georgicis tetigit dicens. Catulorum oblitera leæna se uerit errauit campis. At uero capra quæ in medio pingitur, perfectio libidinis est, illa uis delicet causa, quod huius generis animal sit in libidine ualde proclivum. Vnde Vergilius in buccolicis ait, hœdique petulci. Ideo & satyri cum captiis cornibus depinguntur, quia nunquam nouere saturari libidine. At uero quod dicitur, postremum draco, illa ratione ponitur, quia post perfectionem uulnus det penitentia, uenenumque peccati, erit enim hic ordo dicendi, quod primum sit in amore inchoare, secundū perficere, tertium uero paenitere de perfecto uulnere.

Perdix.

SEmper delicata consuetudo laborioso fert præindicium operi, & mollitur educatu, dum quod non optat euenerit, paenitentia creat. Melius est enim labore partiliter, securius edoceti, quæ ex necessitate ueniente repentaliter pertteri. Perdicem ferunt uenatorem esse: qui quidem matri amore correptus, dū utring & immodesta libito serueret, & uerecudia noui facinoris teluctaretur: cōsumptus, atque ad extremā labem deductus esse dicitur. Primus etiam serram inuenit, sicut Vergilius ait: Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Sed ut Fenestella Martialis scribit, hic primum uenator fuit. Cui cum ferinae cædis cruenta uastatio, & solitudinem uaga bunda errando cursilitas displiceret, plusque etiæ uidens contheroletas suos, id est, Actæonem, Adonin, Hippolytum miserandæ necis functos interitu, artis pristinæ affectui mitiens repudium, agriculturam affectatus est, ob quam rem matrem quasi terrâ omnium geniticem amasse dicitur. Quo labore consumptus etiam ad maciem peruenisse fetur, & quia cunctis uenatotibus de pristinæ artis opprobrio detrahebat, serram quasi malloquium dicitur repperisse. Matrem etiam Polycasten habuit, quasi polycarpeti, quod nos latine multifructam dicimus, id est, terram.

Actæon.

CUriositas semper periculorum germana, detrimēta suis amatoribus nouit magis partutire quam gaudia. Actæon denique uenator Dianam lauantem uidiisse dicitur, qui in certū cōuersus, à canibus suis nō agnitus, eorum mortibus devoratus est. Anasimenes (qui de picturis antiquis disseruit) in libro. ii. ait ue nationem Actæonem dilexisse, qui cum ad matutinā peruenisset ætatem consideratis uenationum periculis, id est, quasi nudā attis suæ ratione uidens, timidus factus est, unde & cor cerui habere dicit, unde et Homerus ait, οὐοθέρες, κυνὸς ὅμηρος ἔχ, προσδίγγοις ἐλάφοιο, id est, ebriose, oculos canis habens, & cor cerui. Sed dum periculum uenandi fugeret, afflum tamen canum nō dimisit, quos inaniter pascendo pene omnē substantiā perdidit, ob hanc rem à canibus suis devoratus dicitur esse.

De Hero & Leandro.

AMor cum periculo sepe concordat, & dum ad illud solū natat quod diligit, nunque uider, quod expedit, ἔρως enim græce amor dicitur, Leandron uero dici uoluerunt, quasi λύσιψ αὐθόων, id est, uirorum solutione. Solutio enim uiri amori patturit. Sed natat nocte, id est, obscurō tempore tentat pericula. Hero quoque in amoris similitudine singitur lucernā ferre: & quid aliud amor nisi flammanus fert, & desideranti periculosa uiam ostendit, cito tamen extinguitur, quia iuuenilis amor non diu perdurat, denique nudus natat, illa uidelicer causa, quod suos affectatores amor & nudate nouerit & periculis, sicut in mari factate: Nam extincta lucerna, utriusque mors est procurata maritima, hoc in euidenti significans, quod in utroque sexu uapote ætatis extincto, libido cōmoritur: in mari uero mortui feruntur, uelut in humore frigide senectutis, omnis em̄ caloratæ iuuentutis ingniculus tepidæ ueternositatis algescit in senio.

De Berecynthia & Atti.

Decepta Græcia credulitate dæmonū potiusquā deorū, nunq̄ deterius suis dis reponeret, quā ut eorū matrem ueterosam anum, non solū puerilē amatu, quantū etiam fingeret̄ zelotipam. Tantū enim zeli succensa anus inuidiosa flagravit, quæ nec suis utilitatibus furiosa pepertit, ut unde fructū sperabat libidinis, illud ueterana succideret meretrix. Et quāuis apud muliebres animos libido ob tineat regnū, tamen etiā inuidia libidine zelus obtinet dominatū. Berecynthia enim mater deorū Attin puerum formosissimū amasse dicitur, quē zelo succensa castrando semi masculū fecit. Quid ergo sibi in his Græcia sentire uoluerit, edicamus. Berecynthiam dici uoluere, quasi mortuā dominā. Ideo matrem deorū, quod deos nuncupati per superbiam uoluere: Ideo eos in olymbo habitantes quasi excelsos & surperbos, ideo & dæmonas nuncupant secundū Homerū, qui dicit μετέ θλαιμονας ἀλλος, id est, post deos alios, dæ monos enim græce populus dicitur, is dicitur unus, & quia populos subdere cupiebant, & soli super populos esse, dæmones dicti sunt. Ideo & apud Romanos Indigetes. Ergo Berecynthiam montibus præesse dixerūt Bænicynthos. Cynthos enim Attica lingua flos nūcupatur, unde hiacynthus dicitur quasi ἵακυθος, quod nos latine solus flos dicimus quasi omnibus perfectior. Nam & Epicarmus ita ait: πτερυλάρπιος σέφανος, νῦ πολὺ ἀκτῆρ προσβαθή ἐν χρυσάλος, id est, flotigera cotonia, atq̄ ē littoribus procedit chrysalus. Itaq̄ flotē quamvis quilibet amat, tamen abscondit, ut Berecynthia in Attin fecit, tathis enim græce flos dicitur, ut Sosides Atticus in libro theologumenon quē appellauit, scribit matrem deū, in modū potētiae uoluit poni, unde Cybele dicitur quasi cydos baleon, id est, gloriae firmitas, unde & Homerus ait: cui Iuppiter gloriā donauerat, ergo ideo tutta pingitur, quod omnis potentia elatio sit in capite. Ideo leonū currui præsidens, quia omnis potētia regno ornata sit. Sceptrū etiā fert, quod omnis potentia uicina regno sit, ob hanc rem etiā mater deū dicta est, illud nihilominus ostendere uolētes, quod siue Indigetes, siue di, siue dæmones apud antiquos à diuiniis dicti sunt, ergo potētia diuitū mater est, unde & Homerus Agamēnonem cōsiderans ait: ἀπράδη τέοδη αὐτὴ επιμεμφεται ἡδὲ χαπίζεται. Nec non etiā Euripiðes consimilans Tantalū loui in tragœdia Electre ait, beatus ille, nec inuidio fortunas eius louis æqualis, ut dicitur Tantalus, ergo potentia gloria semper & amore torretur, & liuore torquetur. Itaq̄ abscondit quod diligit, dum tamen amputet illud, quod odit: Deniq̄ omnis nūc usq̄ potētia nescit circa suos diuturnū seruare affe ctum, & quod amauerit cito, aut zelando amputat, aut fastiendo horreficit, & Attin dici uoluerunt quasi ἔθος, ἔθος enim græce consuetudo dicitur, ergo quantuscunq̄ amor sit, potentibus stabilis esse non nouit.

De Psychi & Cupidine.

Auleius in libris metamorphoseon hanc fabulā planissime designauit, dices esse in quadā ciuitate regē & reginā, habere tres filias, duas natu maiores, esse temperata specie, iunioret tam magnifica esse figuræ ut credetur Venus esse terrestris. Deniq̄ duabus maioribus quæ erant temperata specie, connubio uenere, illā uero ueluti déa non quisquā amare ausus, q̄ uenerati pronus, atq̄ hostiis sibimet deprecari. Cötaminata ergo honoris maiestate. Venus succensa inuidia, Cupidinem petit, ut in contumacē formā læueriter uindicaret. Ille ad matri ultionē adueniens, uisam puellā adamauit, poena enim in affectū conuersa est, & ut magnificus iaculator ipse se suo telo percussit. Itaq̄ Apollinis denunciatione iubetur puella in montis cumine sola dimitti, uelut feralibus deducta exequiis, pénato serpentis sponso destinati, perfecto nanq̄ choragio puella per montis declivia zephyri flantis leni uectura delapsa, in quandā domū auream rapitur, quæ pretiosa sine pretio, sola cōsideratione laude deficiente poterat existimari. Ibiq̄ uocibus tantummodo seruientibus, ignota atq̄ mansiōnario utebatur coniugio. Nocte enim adueniēs maritus, Veneris præliis obscure peractis, ut inuise uespertinus aduenerat, ita crepusculo incognitus etiā discedebat. Habuit ergo uocale seruitū, uentosum dominū, nocturnum cōmercium, ignotū cōiugium.

Sed

Sed ad huius motem deflendam sotores adueniunt, montisque conscenso cacumine germanum lugubri uoce flagitabant uocabulum, & quamuis ille coniunx lucifuga sotrios ei comminando ueraret aspectus, tamen consanguineæ charitatis intuincibilis ardor maritale ob umbravit imperium. Zephyri ergo flagrantis auro anhelante uertura ad semet sotrios perducit affectus, earumque uenenosis cōsiliis de mariti forma quærenda consentiens curiositatem suæ salutis nouercam artipuit, & facillimam credulitatem quæ semper deceptionum mater est, postposito cautelæ suffragio artipuit, denique credes sotribus se matito serpenti coniunctâ, uelut bestiam interfictura nouaculam sub puluinari abscondit, lucernamque modio contegit. Cumque altum soporem matitus extenderet, illa ferro armata lucernamque modio custodita eruta, Cupidine cognito dum immodesto amoris torretur affectu, scintillantis olei desputamēto maritū succedit. Fugiensque Cupido multa super curiositate puellæ incepitans, domo extortem ac profugam dereliquit. Tandem multis iactata uenenis, persecutionibus, postea loue petente in cōiugio Cupidinem accepit. Poteram quidē totius fabulæ ordinem hoc libello percurret, qualiter & ad infernū descenderit, & ex stygiis aquis undam delibauerit, & solis attenta uellere spoliauerit, & seminū germina confusa disceuerit, & de Proserpinæ pulchritudine particularum moritura præsumpscerit. Sed quia hæc saturantius & Apuleius pene duorum continentia librotū tantam falsitatum congeriem enarrauerit, & Aristophantes Athenœus in libris, qui dysereftia nuncupatur hanc fabulam enormi uerboru circuitu discere cupientibus prodit, ob hanc rem superuacuū duximus ab aliis digesta nostris in setere libris, ne nostra opera aut proptis exularemus officiis, aut alienis adiiceremus negotiis. Sed dum his, qui fabulâ legent in nostra hæc translat, scitutus quod sibi illorū falsitas sentire uoluerit. Ciuitatem posuerunt quasi in modū mudi, in qua regem & reginā uelut Deum & materiam posuerunt, quibus tres addunt carnem ultrometant, quam libertatem arbitrii dicimus, & animâ. Λυχν enim græce anima dicitur, quam ideo iuniorē uoluerū, quod corpori iam facto postea inclytâ esse dicebât. Hanc igitur ideo pulchritorē quod & libertate superior, & carne nobilior, huic inuidet Venus, quasi libido, ad quā perdēdam cupidinē mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animâ diligit, & ei uelut in cōiunctione miscerit, quā persuadet, ne suam faciē uideat, id est, cupiditatis delectamenta discat, unde & Adam, quamuis uideat nudū se, non uidet donec de cōcupiscitiae arbore comedat: Né ue suis sotribus, id est, carni & libertati de suæ formæ curiositate perdiscenda consuetiat, sed illarū compulsionem percita, lucerna defubmodio eicit, id est, desiderii flaminam in pectore absconsam depallat, uisam taliter dulcem amat, ac diligit, quam ideo lucernæ ebullitione dicitur incēdiss, quia omnis cupiditas quantum diligitur tantum ardescit, & peccatricem suæ catni confingit maculam, ergo quasi cupiditate nudata ex potenti fortuna eruitur, & periculis iactatur, & regia domo expellitur. Sed nos quia longum est ut dixi omnia persequi, tenorem dedimus sentiendi. Si quis uero in Apuleio ipsam fabulam legerit, nostra expositionis materia, quæ non diximus ipse reliqua cognoscat.

De Peleo & Thetide,

Tetidem dici uoluerunt aquam, Iuppiter, quasi deus, coningit Peleo, τηλός enim græclutum dicitur, ergo terram cum aqua commixtam uolunt homines genuisse, unde & Iouem cum Thetide uoluisse concumbere dicunt, & prohibitum esse ne maiorem se genuisset, qui eum de regno expellet. Ignis enim, id est Iuppiter, si cum aqua coeat, aquæ uitute extinguitur. Ergo in coniunctione aquæ & terræ, id est, Thetidis & Pelei discordia sola non petitur, illa uidelicet causa, aut quod con cordia utrorumque elementorum homo gignatur. Nam & in competentia illa indicat, quod Peleus, ut terra, id est, caro, Thetis ut aqua, id est humor, Iuppiter qui utraque gignit, ut ignis, id est anima, ergo in cōceptione hominis & elementorum iugalitates tres (ut supra diximus) uitæ certatut. Nam & discordia malum aureum iecisse dicitur, id est, cupiditatē, illa uidelicet causa, quod in malo aucteo est quod uideas,

non est quod comedas. Sicut cupiditas nouit habere, non nouit frui. Omnes etiam deos Iuppiter ad nuptias dicitur conuocasse, illa de causa, quod putarent ethnici singulas partes in homine deos singulos obtinere, ut Iouem caput, Mineruam oculos, Iunonem brachia, pectus Neptunu, cinctum Marte, tenes & inguina Venerem, pedes Mercuriu, Sicut Democrites in physiologumenon scripsit, unde & Homerus ait, ἀμματανή κεφαλη τελεσθεισαν θεον τερπικεραυνω, ἔρεις ἡ ζώνη, σέργους ἡ ποσειδάωνι, id est, caput & oculos similes Ioui fulmine delectanti, Marti cingulū, & pectus Neptuno. Nam & Tyberianus in Prometheus ait, deos singula sua homini tribuisse. Deniq; natū Achillem uelut hominē perfectum, mater in aquas intingit stygias, id est, durū contra omnes labores munit, solum ei talum nō tetigit, nihilominus illud physicū significate uolentes, quod uenæ, quæ in talo sunt, ad renū, fœmorū, atq; uirilium rationem pertineat, unde aliquæ uenæ usq; ad pollicē tendunt, quod tractātes & physici et mulieres ad obtinendos partus, & ischia eos eodē phlebotomāt loco, & emplastromentalicū, quem stisidē Africānus in astroso phistes uocauit, pollici & talo imponendū præcepit. Nam & Orpheus illū esse principalem libidinis indicat locū. Nam deniq; in entherocilicis & iisdem locis cauteria ponenda præcipiunt. Ergo monstrat quod humana uirtus, quāuis ad omnia munita, tamen libidinis istib; subiacet patula, unde & ad Licomedis regiam datur ut nutritetur, quæ si ad luxurię regnū. Licomedē enim græce quasi γλυκὺ μῆλον, id est, dulce nihilū. Omnis enim libido & dulcis & nihil est, deniq; & amore Polyxenæ periit, & pro libidine per talum occiditur. Polyxene enim græce multorū peregrina dicitur, seu quod amor peregrinati faciat metes ab iganio suo, seu quod apud multos libido (ut peregrinabūda) uaget.

De Myrrha & Adoni.

Myrtha patrē suum amasse dicitur, cum quo ebriato cōcubuit, cumq; eam pater utero plenā rescisset, cognito crimine, euaginato eam persequi cœpit gladio. Illa in arborē myrrham cōuersa est, quā arborem pater gladio percutiēs Adon exinde natus est, quid uero sibi hæc fabula sentiat edicamus. Myrrha genus eit arboris, de qua succus ipse exudat, hæc patrem amasse dicitur. Istæ enim arbores in India sunt, quæ solis caloribus cremantur, & quia patrē omniū rerum solem esse dicebant, cuius opitulatu cuncta germinū adolescit natuitas, ideo & patrē amasse dicitur, dumq; grandioris fuerit robotis, solis ardoribus crepans thagades efficit, per quas succum desudat (quod myrrha dicitur) & redolentibus lachrymosa guttulis, fletus suaves scissuris hiantibus iaculatur, unde Adonē genuisse fertur, Adon græce suauitas dicitur, & quia hæc species odore suavis est, Adonem dicitur genuisse. Ideo aut Venerē amasse dicunt, quod hoc genus pigmenti sit ualde feruidū. Vnde Petronius Arbiter ad libidinis concitamentū myrrhinū se poculum bibisse refert. Nam & Sutrius comediarū sciptor introducit Glycerā mereticem dicentē, Myrrhinū mihi aduers, quo uilibus armis occursem fortiuscula.

De Apolline & Marsya.

Minæua tibias ex osse inuenit, quibus cū in conuiuio deorū cecinisset, cumq; eius tumentes buccas di omnes irritassent, illa ad Tritonem paludē pergēs in aqua faciem suā speculatur, dum turpia adiudicasset buccarū, in flumina tibias eiecit, quibus Marsya repertis, doctior factus, prouocauit Apollinē concertaturū de cantibus, sibiq; Midam regem iudicē diligūt, quē Apollo, cum nō teste iudicasset, asininis auribus deprauauit. Ille criminis sui notā tonsori tamen ostendit, præciens ei, ut si crimen eius celaret, eum participē regni efficere. Ille secretum domini sui in terram fodit, & in defosso terræ duxit & operuit. In eodem loco calamus natus est, unde sibi pastor tibiam faciens, quæ cū percutiebatur dicebat, Mida rex autes asinales habet, nihilominus quād quod ex terra conceperat, Vnde & Petronius Arbiter, Sic commissa ferens audius reseraret minister, Fodit humum, regiscq; latentes prodidit autes. Concepit nam terra sonum, calamiḡ loquentes, Inuenete Midam quamē conceperat index.

Nunc

Nunc ergo huius mystice fabule interius cerebrum inquiramus, à musicis hæc reperta fabula, ut Orpheus in Theogonia scribit. Musici enim duos artis suæ posuerunt ordines, tertium uero quasi ex necessitate adiicientes, ut Hermes Trimegistus ait, ἡ ἀσθετική, ἡ φωναική, ἡ τύπαική, hoc est, aut cantantium, aut citharizantiū, aut tibicinantium, Prima est ergo uiua uox, quæ sibi in omnibus musicis necessitatibus celestima subuenit, potest etiā lémata subtiligere, & parallelos cōcordare, & distonias molire, & phthongos iuare, & ornare chtomata. Sequitur secunda cithara, quamuis enim de his rebus disexaphexis dicunt, sicut Mariades scribit multa de his faciat, tamen aliqua non implet, quæ uiua uox potest. Limmata enim facta nō erigit, quia lissata in se catherata nō implet. At uero tibias artis musicæ partem extremā potet adimplete. Cithara enim symphoniarum gradus habet quinq, secundū quod Pythagoras ait, dum numerorū rhythmos modulos ad symphoniarū adduxisset concordiam. Prima enim symphonia est diapason, quod est in arithmeticis diplasione, quod nos in latinis unum ad secundū dicimus: secunda symphonia diapente, quod est in arithmeticis hemiolius, quod nos in latinis duo ad ternū nuncupamus, tercia symphonia diatessaron, quod est in arithmeticis epiritos, id est, tertius ad quartū: quatta symphonia dicitur tonus, quod apud arithmeticos epogdous uocatur, apud nos quintum ad quartū, & quoniam ultra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter nouenarium limitem, quia dicimus alterius ordinis primus gradus est, cōtigit ergo ut habeat quintam symphoniam, quæ harmonia nuncupatur, id est, octo ad nouem. Nullam enim ultra numerū coniunctionem inuenies: habet igitur musica partes septem, id est, genera, diastemata, systemata, phthongos, tonos, metabolas, & melumpaēas, unde & Vergilius in sexto ait,

*scibis**melopœas*

Nec non Threitius longa cum ueste sacerdos,
Obloquitur numeris septem discrimina uocum.

In arithmeticis enim plenitudo formulæ est, ut est in geometricis tonus. Vox uero habet gradus symphoniarum in numeris quantum natura dotauerit ipsam uocem ut habeat artis, & thesis, quas nos latine elationes & deiectiones dicimus. Tibia uero uix unam & dimidiā perficit symphoniam. Vna enim symphonia quinq symphonias habet, ergo post attem musicam Minerua reperit tibias, quas omnis doctus in musicis sonet, has propter sonorum despuit paupertatem. Inflatas uero buccas ideo risisse dicuntur, quod tibia uentoſe in musicis sonet, & idiomatum proprietate amissa sibilet potius rem quam enunciet. Ideo illam iniuste sufflantem omnis quicunq est doctior ridet, unde eas & Minerua, id est, sapientia exprobras ptoicet, quas Marsya assumit. Marsya enim græce quasi μωρός, id est, stultus, solus qui in arte musica tibiam præponere uoltuit cithare, unde & cum porciua pingitur cauda. Sed his duobus certantibus, Mida rex resideret, Mida enim græce quasi μούση εὐστογία dicitur, quod nos latine, nihil sciens dicimus, ideo etiam asinini auribus dicitur, quia omnis discernēdi ignarus nihil differt ab asino, ob hanc etiam rem & seruum eius auriculas referunt prodidisse. Ingenium enim nostrum seruum habere debemus ad omnia, quæ uolumus obsequenterem, & nostra secreta celantem. Quod aut per cannam perdidit, per fistulam gutturis loquendo significat, quod uero pastor audit, pastores sunt illi, qui aliena sulcando subtilius pascunt.

Orpheus.

 Rpheus Euridicen nympham amauit, quam sono citharæ mulcens uxorem duxit. Hanc Atisæus pastor dum amans sequitur, illa fugiens in serpentem incidit, & mortua est, postquam maritus ad inferos descendit, & legem accepit, ne eam conuersus aspiceret. Quam conuersus aspiciens, iterum perdidit. Hæc igitur fabula artis est musicæ designatio. Orpheus dicitur ὄρφειοφῶν, id est, optima uox, Euridice uero profunda diiudicatio. In omnibus igitur artibus sunt primæ artes, sunt secundæ, ut in puerilibus literis prima abecedaria, secunda nota.

In gram-

In grammaticis prima lectio, secunda articulatio. In rhetorica prima rhetorica, secunda dialectica. In geometricis prima geometria, secunda arithmeticā. In astrologis prima thesis, secunda astronomia. In medicinis prima gnostice, secunda uero mantice: In a, ruspīcīnis prima aruspīcīna, secunda paralysī. In musicis prima musica, secunda apotelesmatica, de quibū omnibus breuiter rationem p̄f̄stringam nēcessē est. Aliud est enim apud grāmaticos aliena agnoscere, aliud est sua efficere. Apud Rhetores uero aliud profuso & libero cursu effrenata loquacitas, aliud constricta uirtutis indagandæ curiosa ne xilitas. Apud astrologos aliud est astrorum ac siderū cursus effectusq̄ cognoscere, aliud significata traducere. In medicinis aliud est morborum agnoscere meritū, aliud infirmatis uenientem concursum mederi. In geometricis aliud formulas lineasq̄ depingere, aliud numeros formulis coaptare. In aruspīcīnis aliud est fibratū particularūq̄ inspectio aliud secundū Battiadē euentū immutatio. In musicis aliud uero est harmonia photon gorū, systematum, & diastematum, aliud effectus tonorū uirtusq̄ uerborum. Vocis ergo pulchritudo interna attis secreta uirtutem etiam mysticam uerborū attingit. Sed hæc quantum ab optimis amatur, sicut ab Aristæo, ἀριστοῖς enim græce, optimū dicitur: Tantum ipsa ars coniunctionem hominū uitat, quæ quidem serpentis iētu moritur, quasi astutiae interceptu secretis uelut in seruis transmigratur. Sed post hanc artem exquitendam atq̄ eleuandā uox canora descendit, & quæ apotelesmatica, phantaſtīca omnia præbet, & modulis tantū in secreta latentibus uoluptatū reddit effectus. Dicere enim possumus quod dorius tonus aut coiens phrygius torrés, Saturno feras mulcens, si loui aues oblitet. At uero si rei expositio queritur, cur hoc uestigandæ rationis caput immoritur. Ideo ergo et ne eam respiciat prohibetur, & dum uidet amittit. Nam perfectissimus Pythagoras dū modulos numeris coaptaret, symphoniarūq̄ pondera terminis arithmeticis per melos & rhythmos & modulos sequeretur, effectus uero rationē reddere non potuit.

Phineus.

inglunia.

Phineus enim in modum auatia ponitur, & à scenerando Phineus dictus est. Ideo cæcus, quod omnis auatia cæca sit, quæ sua non uidet, ideo ei hæc cibos artipiunt. At uero quod eius prandia stercoribus fœdant, ostendit scenerantium uitam rapinæ ingluviem esse fœdidam, sed has à conspectu eius Zethus & Calais fugant, quia rapina ei aliquid de suo comesse nō permittit, græce enim ζητῶν καλόν inquirens bonum dicitur. Ideo uolatīci, quia omnis inquisitio boni nunquā terrenis rebus miscetur. Ideo Aquilonis uenti filii, quia bona inquisitio spiritu lis est, non carnalis, ergo ueniente bonitate omnis rapina fugatur.

De Alpheo & Atetus.

Alpheus fluuius Atethusam nymphā amauit, quā cum seueretur, in fonte cōuersa est. Ille in mediis undis ambulās nō immixtus, in sinū eius immergeatur, unde & apud inferos obliuionem animarum trahere dicitur ἀλήθεα φῶς, id est, ueritatis lux, Atethusa uero quasi, ἀπετίσα, id est, nobilitas equitatis, ergo quid amare poterat ueritas nisi æquitatem: quid lux nisi nobilitatem: & ideo in mari ambulās nec miscetur, quia lucidi ueritas omni malorum falsitudine motum circundata pollui aliqua cōmīstione non nouit. Sed tamen in sinum æquissimæ potestatis omnis lux ueritatis dilabitur. Nam & descendens in infernum, id est, in secreta conscientiæ ueritatis lux, malarum rerum semper obliuionem impottat.

FABII



E de tuotum præceptorū, Domine serie, nostra quidquā evitasse inobedientia putaretur, libellum etiam, quem de abstrusis sermonibus parate iussisti, in quantū memoriae entheca sub togare potuit absolutū retibui, non phaleratis sermonū studentes somniis, quā terū manifestationibus dantes operā lucidandis.

Sandapila.

S Andapilam antiqui dici uoluerunt feretrum mortuorū, id est, loculum, nō in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorū atq; damnatorū cadauerata portabantur, sicut Stesimbrotus Stasius de morte Policratis regis Samiorum descripsit, dicēs, posteaquā de cruce depositus sandapila etiam deportatus est.

Vespillones.

V Espillones dicti sunt baiulatores, quamuis Antidamus Heracleopolites uespillones dixerit cadauerum nudatores, sicut in historia Alexandri Macedonis scripsit, dicens, plusquam trecētos cadauerū uespillones tex Perses crucibus affixit. Tamen Mnaseas scripsit in Cecrope libro, Apollinem posteaquam à Ioue uictus atq; intersectus est, à uespillonibus ad sepulturam elatum esse.

Pollinatores.

P Ollinatores dicti sunt, qui funera morientia accurant, unde & Plautus in Menechmis comœdia ait, ut pollinator dixit, qui eum pollinxerat. Pollinatores dicti sunt quasi pollutorum unctores, id est, cadauerum curatores, unde & Apuleius in Hermgora ait, pollinato eius funere domitionem patamus.

Manales lapides.

L Abo qui disciplinas Hetrūscas Tagetis & Bacchetidis, xv. uoluminibus explanavit, ita ait, fibræ iecoris sandaracei coloris dum fuant, manales tunc ueteri opus est petras, id est, quas antiqui solebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluviæ commutanda inopia.

Nestendines, uel nestendes oves.

D Iophantus Lacedæmonius, qui de sacris deorum scripsit, ait apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum, quod ἔκαρον τεφόμιλα appellatur, si quis enim centum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnon, quod sacrificium est à duobus Cretēsibus, uno Locro, id est, Tumine Cottynensi, Proculo Locro, sicut Sosocrates scribit, sed posteaquam hoc Atheniensibus displicuit, cœperunt effere porcum castratū, quem nestendem uocabant, id est, quasi sine renibus, & apud Rhomanos Varro scribit Scitum Dentatum centies & uicies pugnasse singulati certamine, cicatrices habuisse contrà quadraginta quinq; post tergum nullam, coronas accepisse, xxvi. At milias centum quadraginta, & istum primum sacrum fecisse Marti.

Ambiguæ oves.

B Ebius Macer, qui fastalia dierum scripsit, ait Iunoni eas quæ geminas parerent oves sacrificare cū duobus agnis altrinsecus alligatis, quas oves ambiguas uocari, quasi ex utraq; parte agnos habentes.

Suggrundaria.

P Riori tempore suggrundaria antiqui dicebant sepulchra infantū, qui nec dum xl. dies implessent, quia nec iam busta dīci poterat, quia ossa quæ cōburerentur nō erant, neccanta immanitas cadaueris, qua luctus tumesceret, unde & Rutilius Geminus in Astyanactis tragœdia ait, melius suggrundariū miser quæreres quām sepulchrum.

Silicernii.

S Illicernios dici uoluerunt senes iam incuruos, quasi iam sepulchrorum suorum filios aspicientes, unde & Cincius Alimetus in historia de Georgia Leontino scribit dicens, qui dum iam silicernius sui finem temporis expectatet, si mori non potuit, tamen infirmitatibus exultat.

Acca

multib[us] Aruales fratres.

fratribus **A**cca Latentia Romuli nutrix, cōsueuerat pro agris semel in anno sacrificare duodecim filiis suis sacrificium praecedentibus, unde cum unus mortuus esset, propter nutricis gratiam Romulus in vicem defuncti se succedere pollicetur, unde & titus processit, cū duodecim iam deinceps sacrificare, & aruales dici fratres, sicut Rutilius Germanus in libris pontificalibus memorat.

Iniuges boues.

Manilius Cræstus in libro, quem de deorum hymnis scribit, ait Mineruæ iniuges boues sacrificari, id est, iugum nunquam ferentes, illa uidelicet causa, quod & uitiginitas iugum nesciat maritale, & uetus nunquā sit iugo plementi subiecta.

Semones.

Semones dici uoluerunt deos, quos cœlo nec dignos ascriberent, ob meritū pauperem, sicut Priapus, Hippo, Vettūnus. Nec terrenos eos deputare uellent, per graciæ uenerationem, sicut Varro in mystagorum libro ait. Semonēq[ue] inferius detelicto Deum depinnato attolam orationis eloquio.

Blaterare.

Pacuvius in Pseudo comœdia inducit Sceparium seruum ancille dicentem, Ni ego te blaterare aspicetem, his nūcium iudicassem. Blaterate enim quasi uerba trepidantia metu balbutire dixerunt.

Luscii.

Luscios dici uoluete interdiu parum uidentes, quos Græci myopes vocant, unde & Plautus in Mercatoris comœdia ait: mirū lolio uicitare te tam uili tritico quia lusciosus est. Dicunt enim quod lolium comedentibus oculi obscurentur.

Tutulus.

Varro in pontificalibus ait, tutulos sacerdotes dici breuium deorum. Numa uero Pompilius & ipse de pontificalibus scribes, tutulum dici ait pallium, quo sacerdotes caput testabant cum ad sacrificium accessissent, sicut & Vergilius ait: Et capita ante aras Phrygio uallatus amictu.

Oria.

Oriam dicūt nauicellā modicā piscatoriam, unde & Plautus in Cacisto ait, malo huic alligati ad oriam ut semper pescetur, et si sit tempesta maxima.

Problema.

Problema est propositione in capite libri questionaliter posita, unde & Demosthenes pro Philippo ait: sed ne quid græcum te turbet exemplū, ego pro hoc tibi latinum faciam, ait enim problematis autenticum gradum tradamus astanti, cui nostra subles quens occurset oratio. Nam & Tertulianus in libro, quem de fato scripsit, ita ait, Redde huic fati primum problematis mancipatum.

Pumilio & glabrior.

Apolius in asino aucteo introducit sorores Psyches matites detrahētis, dicitq[ue], quis puero pumiliorem & cucurbita glabriorem, pumilos enim dicunt molles atq[ue] enerues. Glabrum uero leuem & imberbem.

Sutela.

Sutelam dici uoluerūt astutiam, quasi subtilis tela, unde & Plautus in Casina ait, poscis clām me sutelis tuis eripere Casinam uxorem proinde ut postulas.

Frigutite.

Frigutire dicitur subtiliter adgarrire, unde & Plautus in casina ait, quid nam frigutis: & Ennius in Alcestide comœdia sic ait, hæc anus admodum frigutit, nimis uincit se flore liberti.

Titiuillium.

Titiuillium dici uoluerunt fila puttida, quæ de telis cadunt, ut Plautus in casina ait,

ait, non ego hoc uerbum empsitem titiuitio, id est, re admodum uilissima. Nam & Marcus Cornutus in satyra sic ait, Titiuitio sal cedo tibi.

Scolponeæ.

S Colponeas dici uoluerunt coetus plumbi ligatos, unde & Neuius in Philemporo comœdia ait. Scolponeis batuenda sunt huic latera probe, & Plautus in casina simili modo ait. Melius scolponeis, quibus battuetur tibi os senex nequissime.

Catillate.

C Atillare dicitur per alienas domos instanter gyrate, à catulis tractum, quod per omnes dormios circumneant. Vnde & Propertius, catillata getis uadimonia publicum prostibulum: & Plautus similiter ait, quin meam uxorem mittam catillatum.

Capularis senex.

C Apularem dici uoluerunt senem iam morti contigium, sed & reos capulares dicebant, qui capulo digni fuerunt, unde & Lucilius ait, Pergit capulare cadaver: & Flaccus Tibullus in Helenæ comœdia ait, Tu ne amare audes edentule, & capularis senex edentulum quasi iam sine dentibus dici uoluerunt.

Promi & Condi.

P Romos & Condos dici uoluerunt cellaritas, eo quod deintus promant, & intus condant, unde & Plautus in asinaria ait, ego sum Promus, Condus, procurator peni, penum enim cellarium dicimus.

Suppetiæ.

S Uppetias dicimus auxilium, unde & Memor in tragœdia Herculis ait, fette suppetias optimi comites.

Auctio.

A Vctionem dici uoluerunt uenditionem, quasi quod et ementē augeat & uendetem, unde & Plautus in Curculione comœdia ait, Auctiō facio parasiticam.

Nasiterna.

N Asiternam dici uoluerunt aquæ urnam, id est, utceum, unde & Calphurnius in Phronesi comœdia ait. Vbi tu nasiternatus aquam petas: & Plautus in Bacchide ait, Affer nasiternam cum aqua foras.

Antistare.

A Ntistare dicimus præcellere, unde & Crispinus in Heraclea ait: Diuinis uirtutibus antistas Alcides.

Stega.

S Tega est natis proscenium, id est, tabulatum super quod nautæ ambulant, sicut Plautus ait, forte ego ut in stega confederam.

Lembus.

L Embus est genus nauiculae uelocissimæ, quas dromedas dicimus, sicut Vergilius ait, quam qui aduerso uix flumine lembum temigiis subigit. Limbus uero uestimenti cuiusq; ex auto.

Ramentum.

R Amentum dici uoluerunt quasi quoddam purgamentum, unde & Quintus Fabius Lucullus i epico carmine ait, uilissimum tametū, proluuiosa pestis. Diabolates.

D Iobolates dicuntur uilissimæ metetrices, quæ sub partu stipendio prostant, sicut Paminatius ait, Diabolate prostibulum, quam ego ut actutum ducent partitam reddam. Nam & Pacuvius similiter ait: Non ego ita fui, ut nunc sunt metetrices diabolares, quæ suam nummi causa paruipendunt gratiam.

Veruina.

V Eruina est genas iaculi longum, quod aliqui uerutum uocant, sicuti Galbius Bassus ait in satyris, Veruina cōfodiende nō te nauicifacio; nauic enim pro nihilo dici uos.

dici uoluerunt, nam Plautus in Bacchide ait, si tibi machera est fatis, mihi ueruina est domi, qua quidem te faciam, si me ititauetis confessorem fortinam nenia.

Diuidia.

Diuidias dixerant tristias, sicut Propertius ait, Diuidias mentis conficit omnis amor.

Iustitium.

Iustitium dicitur iustus publicus, unde & Fonteius in oratione pro Nucerinis ait, deinde iustitium plebi indicitur.

Choragium.

Choragium dicitur uirginale funus, sicut Apuleius in metamorphoseon ait, choragio itaq; perfecto omnes domitionem patant.

Desiduo.

Desiduo dicitur diurne, unde & Varro in Correlatia ait, Diuidiae mihi fuerant te absuisse desiduo.

Flocci.

Flocci dixerunt quasi nihil, unde & Plautus ait, Flocci est quid terum geras.

Ientaculum.

Ientaculum dicitur degustatio, sicut Callimachus in Cœcia, Ientaculum profette Ioui.

Edulium.

E dulium dicitur ab edendo, id est, prægustatua comedio, unde Apuleius in asino aureo ait, Eduliis opipare excepta, opipate est lucide, deliciose.

Tuceta.

Tuceta dicuntur escæ regiae, sicut Callimachus in Pisæis. Ambrosio redolent tuccata sapote.

Ferculum.

Ferculum missum carnium, unde Petronius Arbiter ait, Postquam ferulum allatum, Myropolæ.

Myropolæ dicuntur, qui ungenta uendunt, & sunt pigmentarii, unde & Nævius in diabolaria ait, Myropola affatim mihi unguentū largitus est, quo me uenustatem, adfatum abundantter dicitur, uenustate exhilarate est.

Celox.

Celoxem dicunt genus nauiculae modicissimum, quod blannam dicimus, unde Apuleius in libro de repub. ait, qui celocem regete nequit, oneratiam petit.

Cœlibatus.

Cœlibatum dici uoluerunt uirginitatis abstinentiam, unde & Fœlix Capella in libro de nuptiis Mercurii & Philologiæ ait, Placuit Mineruæ petete cœlibatum.

Exercitus.

Exercitus dicitur cōtemptus, unde et Plautus in milite gloriose ait, Itaq; nos nostræq; familiam habes exercitam, & ubi supra ait, plus uideas ualgis sauiis omnes nictantes: nictare enim cinnum facere: ualgia enim sunt labellorum obtortiones in supinatione uel subitatione peractæ, sicut & Petronius ait, Abroso ualgiter labello.

Summates.

Summates dicuntur uiri potentes.

Symploches.

Symploches dicuntur cōiuiae. Nam et amicus sponsi, qui cum eo per coniuicia ambulat, symplator dicitur, Ganeum uero taberna est, unde & Succius in comediam pectoria ait, Summates uiri symphones fratti sunt ganei.

Praesegmina.

Praesegmina sunt partes corporis incisæ, ut Tages in aruspicinis ait, præsegminibus amputatis.

Congerio.

Congerones.

Congerones sunt, qui aliena ad se congregant, unde & apud Rhomanos Gerones
Brutiani dicti sunt.

Cistella.

Cistellam dicunt capsellam, ut Plautus, Cistellam effer cum crepundiis, id est, cum
puerilibus ornamentis.

Pecuatus.

Antidamas in moralibus libris ait, Fabre compactum animal hominem quis ferat, sic ex te pecuatū, & auertuncassit tam etetinas hominū mentes.

Fabre.

Fabre perfecte dicitur, auertuncate eradicate dicitur, Etetinas testeas, uel argillaceas,
pecuatum stultum.

Allucinate.

Allucinate dicitur uana somniate, Tractum est ab allucitis, quos nos conopas dici
mus, sicut Petronius Arbiter ait, Nam centū uetnali me allucitæ molestabant.

Culleus.

Culleus dicitur foccus in quo rei conclusi in mare mittuntur, sicut Plautus ait in
uidularia, Iube hunc insuiculleo, atq; in altum deportari, si uis annonā bonam.

Elogium.

Elogium est hæreditas in malo, sicut Cornelius Tacitus ait in libro facetiarum, Cæ
sis itaq; motum elogio in filiis detelicto.

Lyxa.

Lyxa dicitur mercenarius, unde Lucanus ait, Stat dum lyxa bibat.
Sudum.

Sudum.

Svdam dicitur serenum, unde Tyberianus ait, Duteos subducit ignes sudus ori
tur lucifer.

Luteum.

Luteum splendidū, Pacuvius in tragœdia Thiestis, Non illic luteis aurora bigis.

Abstemius.

Abstemius dicitur obseruans, sicut Rubrius in satyra ait, Abstemiū merulenta fu
git Metenia nomen.

Vadatus.

Vadatus dicitur obstrictus, uel sub fide uel sub fidei iuſſione ambulans, sicut Fene
stella ait, apud quem Vadatus amicitiae nodulo tenebatur.

Manubia.

Manubiae dicūt ornementa regū, unde & Petronius Arbiter ait, Tot regum ma
nubiae penes fugitiuum restiterant.

Aumatium.

Aumatium dicitur locus secretus publicus, sicut in theatris aut circo, unde & Pe
tronius Arbiter ait, In aumatium memet ipsum conieci.

Deleneficus.

Deleneficus dicitur blandiloquus, unde & Lucretius Comicus in nummularia ait,
Nescio quorū mihi eueniant tua uerba tam delenefica.

Finis.

ARATI ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ FRAGMEN=

TVM GERMANICO CAESARE INTEPRETE.



Oelum circulis quinq^u distinguitur, quorū duo extremi maxime frigidi, australis humillimus, & aquilonus excelsissimus. His utrinque proximi duo parallelī uocantur, ut ita dixerim, & que distātes, ideo tropicus unus solsticialis, alter hybernus, per quem sol transiens ac tenēs octauam partem Capricorni, solstitium hybernū facit, alter æstiuus, per quem sol transiens ac tenens octauam partem cancri, solstitium æstiuū facit. Medius est æquinoctialis, qui octauam partem arietis tenens æquinoctium uernum facit, octaua librae, autumnale constituit. Ut circuli in celo, ita zone in terra uocantur, inhabitabiles frigidi circuli sunt ob rigorem, quod ab his longissime sol abest. Sub torrido quidam habitare putat Aethiopiae maximam partem: item plurimas insulas matis rubri, aliosq^{ue} uertices eminentiasq^{ue} terrarū nostris ampliores, sub tropicis habitate nulli dubium est. Noster solsticialis æstiuus est excelsus atq^{ue} arduus. Diuisi autem sunt à nobis circulo æquinoctiali, qui antichthones nominātur, & uidetur humiles atque depresso, qui antipodes infra sunt, quod ut esse videatur efficiunt flexus obliquitasq^{ue} terrarum, quas antichthones & antistochæ & antisceptæ inhabitare dicuntur. Incipit aut signifer non ab extremo circulo, nec ad extremum extenditur, sed ab intimo tropico australi brumaliq^{ue} eodem per equinoctiale ad summū solsticialē, eundemq^{ue} estivalē per mediū in his longitudi latitudinisq^{ue} porrētus, oblique circuli signiferi pates, ccclxv. signa xii. partium sigula tricenarum. Quorum quædam minora, quædam ampliora & populo canophora dicuntur, sed compensatio quinq^u partibus creditur applicari, ut sint omnes signifeti pates ccclxv. Horum incipientia ab ariete, alia sunt masculorum naturalibus, alia fœminarū. Item quartum quoq^{ue} eorum aut tropicum, aut solidum, aut deformē, incipiet dinumeratio ab ariete: signa tropicorum duo sunt equinoctialia, aries & libra, duo solstitialia, capricornus & cancer. Tropicis maxima solida anteposita his deformia.

Hic est stellarū ordo, utrorumq^{ue} circulorū, septentriones duplices ad austru uertentes figurā auersis caudis in uicem sibi aduersantes, inter quas obliquus dilabitur draco. Sub unius namq^{ue} pede est serpentarius, cuius serpentarii pedes attingunt frontem scorpionis: à latere aut retro stat custos, sub pedibus quidē eius virgo habens igneā in manibus spicā. Retrorsus uero uestigiis eius adiacens leo, medio æstiuo solsticio cancer & gemini. Genua aut agitatoris caput gemini attingunt, pedes aut eius tauri cornibus iunguntur, cuius hoeduli desuper obtinet locū septentrionis. Habet aut septentrio à destris iuxta coronā desuper serpētem in manibus Serpētati, & eum qui in geniculo stat, & sinistro pede septentrionalis draconis uesticem calcans unum brachiū libræ, alterum dans coronæ. Nam ad minotis septentrionis ultimus pes Cephei continet, cygnū manus dextra apprehendens, super cuius alas equus extendit pedem, & super equum Aquatius extollit, iuxta quē capricornus est. Sub Aquati pedibus pisces magnus austrius, ante Cepheum Cassiopeia, & à dorso agitatoris Perseus pedem extēdit, super Persei caput Cassiopeia pedibus properate uidetur. Inter cygnum igitur & eum qui in geniculo stat, lyra constituitur. In quorum medio desuper ab oriē delphinus cognoscitur, sub cuius cauda est aquila, in proximo habens serpentarium. Sed iam de aquilonio circulo dictū est, nunc ad australe ordinem properemus.

SVb aculeo scorpionis sacratiū constitutū est, sub corpore eius antetiora Centauri uidentur, in quo est bestia, cōspicitur & Sagittarii pes summus ex alia parte sub austri circulo prope centauri membra hydri cauda, & cornu ad genua uirginis urna est posita à sinistris Orionis, qui & incola, fluuius qui & Padus, necnō & Eridanus sub pedibus Orionis, qui & incola dicitur, lepus splendida effigie conspicitur, retrorsum uero à pedibus

pedibus eius canis splendida resulget, post cuius caudā nauis cōstituta est, ad tauri pedē protendit manū, Orion pedibus gemini appropinquat: anticanis super caput arietis, nō longe ab Andromedae pedibus triangulus positus est. Sub ariete & piscibus cetus, conexio uero piscium communem habet stellam.

ARATI PHAENOMENA GER.

manico Cælate interprete.

A Iouē principium magno deduxit Aratus
Carminis, at nobis genitor tu maximus autor.
Te ueneror, tibi sacra fero, doctiq̄ labotis
Primitias, probat ipse Deum rectorq̄ satorq̄.

Quantum etenim possint aani certissima signa,

Quā sol ardenter cancrum rapidissimus ambit,

Diuersasq̄ fecat metas gelidi capricorni.

Quā ue aries & libra æquant diuortia lucis.

Si non parta quies te præside puppibus æquor,

Cultor q̄ daret terras, procul arua filerent.

Nunc uocat audaces in cœlum tollere uultus,

Sideraq̄ & uarios coeli cognoscere motus:

Nauita quid caueat, quid uitet doctus arator

Quando ratem uentis, aut credat semina terris.

Hæc ego dum lætis cogor prædicete musis,

Pax tua, tuq̄ adsis nato numenq̄ secundes.

Q Vætitur cur à Ioue incepit & nō à musis: ut Homero conueniens magis hoc exi-
stimauit principiū Phænomenis, ut Iouem inuocaret, quod ipsotū carminum
origo est Iuppiter: non solus aut̄ ita cœpisse uidetur Aratus, sed & Crates comicus à Vesta
incipiens & profari carmina. Sophron in Mimo, qui nuncius inscribitur, à Vesta incipiens:
omnes inuocant Iouē omniū principē. Sed queritur cuius Iouis meminerit, utrū
ne fabulosi, an naturalis. Et philosophi quidē plurimi naturalis aiunt eum Iouis memi-
nisse. Sed Crates ait Iouem dictū cœlū. In uocatū uero merito, quia in aëre & æthere sunt
sidera, & Homerū dixisse Iouem in aliquia parte cœlū, & ipse Aratus, cum dicit Herodo-
tus Iouem dictū aera & Crates quidē eiusdem est opinio[n]is, testemq̄ esse Philotiēm co-
micum dicit. Hoc aut̄ constat & ipsum dicere. Nam quia nihil aliud est uox quam per-
cussus aër, uidetur conuenienter dixisse, quæ rei præstat autoritatē, plenas Ioue uias refe-
rens, & omnis hominū conuentus, nihil eotū quæ in terra sunt, sine aëre est, ratione etiā
cuius omnes usum desideramus. Nam cuncti mortales ostendūt usum suspicio, et cum
uiuimus aëre indigemus. At quod ait, dextra monstrat, ad auguria pertinet arium, pro-
pter quod & Stoici Iouem esse affirmat, qui per materiā manat spiritus, & similis est no-
stræ animæ. Zenodotus aut̄ Aetolus & Diodorus aiunt, nec ad fabulosi Iouis sufficere
eiusdem opinione, esse enim tam causam Iouis, & conuenire omnes uias eo confer-
tas, quas tanquā loco eius describit. Dicendo aut̄, etiam genus, ostendit animæ immor-
talitatem, Bene propterea quod ait, nouerat enim uirtuti aliquid æmulū futurum. Deo
igitur aduersus delicata lenem esse est, quoniā omniū patens affirmatur, & non solum
hominum, sed etiam deorum.

C Aetera quæ toto fulgent uaga sidera mundo,
Indefessa trahit proprio cum pondere cœlum.

Axis stat motus semper uestigia seruat,
Libratisq̄ tenet terras, & cardine firmo

Orbem agit extremum, geminis determinat axem.

Quem graui dixerat polon, pars mersa sub undas

Oceani, pars celsa sub horrifero aquilone.

Axem Cretæ dextra leuaḡ trahentur,
 Siue arcti, seu Rhomanæ cognominis urſæ.
 Plaustrum, uel facies stellarum proxima uera.
 Tres temone totisq̄ micant, sublime quaternæ.
 Si melius dixisse feras obuersa refulgent
 Ora feris caput alterius stupet horrida terga.
 Alterius lucet, pronas rapit orbis in ipſos,
 Declivis humeros, ueteris si gratia formæ.
 Cresia uos tellus aluit, moderator olympi.
 Donauit cœlo, meritum custodia fecit.
 Quod fidei comites prima in cunabula magni,
 Fuderunt Iouis attonitæ cum furta parentis,
 Aerea pulsantes mendaci cymbala dextra,
 Vagitus pueri patrias ne tangeret auras.
 Dicta exercere dominæ famuli Corybantes.
 Hic Iouis altrices Helice cynosurâq̄ fulgent,
 Dat gravis Helice cursus maioribus astris,
 Phœnicas cynosura tegit, sed candida tota,
 Et liquido splendore Helice nitet haud prius illa.
 Cum sol oceano fulgentia condidit ora,
 Stella micat cœlo septem qua cresia flammis.
 Certior est cynosura tamen, fulcantibus æquor.
 Quippe breuis totam fido se cardine uertit.
 Sidoniamq̄ ratem nunquam spectata fefellit,
 Has intet medias abrupti luminis instar,
 Immanis serpens sinuosa uolumina torquer.
 Hinc atq̄ hinc, superatq̄ illas mirabile monstrum,
 Cauda Helicen superat, tendit simul ad cynosuram,
 Squammigero lapsu, qua desinit ultima cauda,
 Hac caput est Helices, flexu comprehenditur alto.
 Serpentis, cynosuræ ille explicat amplius orbis,
 Sublatusq̄ retro maiorem respicit arcton.
 Ardent ingentes oculi caua tempora clatis
 Ornantur flammis, mento sedet unicus ignis,
 Tempus dexterius quæ signat stella draconis,
 Quæq̄ sedet mento, lucet nouissima cauda,
 Extremumq̄ Helices sydus micat ac radiatur.
 Serpentis decline caput, quæ proxima signa,
 Occasus ottusq̄ uno tanguntur ab ore,
 Oceani tumidis ignotæ fluctibus arcti.
 Semper in occiduis seruantes ignibus axem.

Vertices extremos circa quos sphera cœli uoluitur polos Græci nūcupauerūt, è quib⁹ unus est australis, qui terræ obiectus à nobis nunq̄ uidetur. Alter autem septentrionalis qui Boreus uocatur, & nunquā occidit. Duo sunt arcturi quorū maiore uocat Helicen, minorē canis caudā. Alterutra quidē horum capita deorsum, alterutra sursum aspiciunt. Altera namq̄ Helice est quæ appetat prima noctis, altera pusilla quidē, sed à nā vigantibus obseruantur. Maria enim cōturbat Helicen aut dicit Heliodus Calisto Lycaonis regis filiā fuisse, & in Arcadia solitā cum Diana uenari, et in mōribus uagari, & à Ioue compressam tem celasse Dianæ. Quam grauidā nudam se lauantem cum aspexisset Diana in lauacro, partū eius accelerans bestiam eam esse iussit, & dum esset urſa, atcum

enixa est, quem Arcadem uocant. Amphis autem comicus poëta refert Iouem in Dianaē effigiem transfiguratū in uenatione Calisto oppressissime, tempore partus plena cum uexa, retur, Dianaē culpā indicasse, & iratā Diana in ursam transfigurasse. Quæ dum in montibus uagaretur, à quibusdā pastoribus apprehensa, cum puerō perducta est ad Lycaonē, post tempus Lycei Iouis tēplo cōfugientis, cum eam Arcas filius sequeretur, quo eam nefas erat intrare, ab Arcadibus utriq; interfici sunt. Iuppiter autem utrosq; cœli astris intulit, ursamq; eam nominauit. Ouidius à lunone in bestiā conuersam scribit. Habet autem stellas in capite septē, in singulis humeris singulas obscuras, in atmo duas, in pectore unā, in pede priore claras duas, in summa cauda claram unā, in uentre claram unam, in spina unā, in cruce posteriore duas, in extremo pede duas, super caudam tres, fiunt omnes xxiiii. porto arcturus minor à pluribus Phœnices, à Græcis Arctophylax, à nonnullis canis cauda uocat. Quā Sidones aspicientes cōtinuo natigat. Dicitur à loue inter astra collocatus, ut duplex honor Helicis monstraretur. Agatosthenes quidē in Asiaticis carminib; cynosurā dicit Iouis fuisse nutricē unam ex Idæis nymphis, à qua in Cretæ oppido Hystoe Nicostratus constituit portus, & circa eum locū cynosurā fuisse, cum Telchinis qui dicūtur Curetes Idæi. Aratus cynosurā & Helicen Cretenses Iouis nutrices fuisse dicit, ob quod sunt cœlesti donatē honore. Habet autem stellas in humero splendidā unā, in pectore claram unā, in uentre claram unā, super caudam claras tres, fiunt omnes septē, supra alias deceim quæ præcedunt & dicūtur ludentes, & maxime altera quæ uocatur Polus in quo à quibusdā putatur totus orbis circumuenti, inter ambas ergo arctos maximus flexuoso corpore adiacēs draco, qui utrāq; arcton flexuoso corpore semicingit, Helicis susperuoluit caput, Phœnices circumcingit caudā. Hanc Pherecides dicit inter astra colloca tam beneficio Iunonis, eo quod cum nuberet Ioui Iuno, diis offerentibus muneta, tetra quoque obtulerit aurea mala cum ramis, quæ Iuno in hortum suum, qui erat apud Atlantem inferri iussit, & Hesperides Atlantis filias custodes posuit, quæ cum à filiabus Atlantis subtrahentur, & saepe uexarentur, Iuno custodem horti draconē pervaigilem implicuit arboti, quem Hercules interfecit, & illa astris intulit. Hunc alii louē astris intulisse dicūt ob memoriam uitutis Herculis Mineruæ obiectu, quæ illa contoru cœlo immisit, & inter septentriones locauit. Habet autem stellas in capite splendididas tres. In corpore uero usq; ad caudā duodecim ab inuicē distantes. Sunt autem omnes. xv.

HAUD procul efficiens unde est defecta labore, **D**raco,

Non illi numen, non magni causa laboris,
Dextro nanq; genu nixus, diuersaq; tendens

Brachia suppliciter pansi ad numina palmis,

Serpentis capiti figit uestigia sœua.

DRACONÉ immensæ magnitudinis, hottorū custodē insomnem dum à Iunone ad custodienda aurea mala esset constitutus, Hercules cum ad mala aurea prosectorus fuisset, ut refert Pannasis Heracleas, fectur peremisse, & iccirco inter astra à loue hūc laborem memoria dignum honorasse, & utrosq; sideribus intulisse, ita ut in certamine fuerint eorū habitus, serpentis capite iam defecto, qui ideo in genu stans manibus solum extensis dextro pede contra draconē potrecto pingitur, ut certaminis labor significetur. Ideo pellem leonis in sinistra manu habete fingitur, ut insigne uitutis mostretur, quia leonem inermis interfecisse narratur. Habet autem stellas in capite unā, in singulis humeris singulas splendididas, in sinistro cubito unā, in eadem manu unam, in eodem brachio unā, in sinistro fœmore unam, in dextra parte fœmoris duas, in coxa duas, in genu dextro unā, in eadem tibia unā, in cruce duas, in eodem pede unā, in dextra manu unam, in clava quā eadem tenet manu unā, in leonina pelle quatuor. Sunt omnes xxiiii.

Corona.

CLARA Atiadneæ propius stant signa coronaæ.


Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.

Terga nitet stellis à quo se uertice tollit.

Succiduis genibus lapsum & miserabile.

Hec corona dicitur esse Ariadnes, quam Liber astris intulisse dicitur, dum eius nuptias dii in insula Creta celebrarent, cogitans præclarâ facete, pro qua primum nuptia coronata est. Sed qui creticâ conscripsit, refert, quia cum Liber ad Minoë regem uenisset, ut Ariadnen filiâ eius duceret uxore, coronâ dono Ariadnê dedisse, Vulcani ope factam ex auro & gémis pretiosis: & talis fulgoris fuit, ut Thesea ex labyrintho liberaret, quæ post astris affixa est, cum in Naxon utriq' uenissent, signum amotis eius crines ostendunt, & est stellis fulgentibus, sub cauda leonis. Habet aut stellas noue in circuitu positas, quarum tres sunt splendidæ, ad caput serpentis atcturi.

Ophiuchus.



Ic Ophiuchus erit longe caput ante nitendo,
Et vastos humeros, tum cætera membra sequuntur,
Illi languet honor humeris manus integer ardor.
Luna etiam mensem cum pleno diuidit orbe,
Lux tenuis manibus, per quas elabitur anguis,

Pressus utraq' manu medium cingens Ophiuchum.

Scorpius ima pedum tangit, sed planta sinistra,

In tergo testidet, uestigia dextera pendent.

Est impar manibus pondus, nam dextera parvam,

Partem anguis retinet, per leuam attollitur omnis,

Quantumq' à leua distantia ferta notantur,

Erigitur tantum serpens, atq' ultima mento.

Stella sub ætherea lucet trinita corona.

Ad quam se dorso peruadet lubricus anguens,

Insignes cœlum perfundunt lumine chelæ.

Hic est serpétarius qui super scorponé stat, tenet utraq' manu serpentem, qui ab astrologis dicitur fuisse Aesculapius filius Apollinis, qui medicinæ arte uteret, mortuos fertur suscitasse. Quāobrem iratus in eum Iouis, domū eius cū ipso fulminis ictu percussit. Rogatu aut Apollinis pannis, Iuppiter ei arte sua rufus post obitū defuncto animam restituisse ad uitā & inter astra cōstituisse putatur. Habet aut stellas in capite claram unā, in singulis humeris claras singulas, in sinistra manu tres, in dextra quatuor, et duas ex eis claras, in singulis lumbis singulas, in singulis genibus singulas, in dextra tibia clara unam, in singulis pedibus singulas claras. Sunt omnes. xxvii.

Serpens quæ tenet in manibus habet stellas in orificio duas, in flexura capitis spissas quatuor, in manu Ophiuchi duas claras, in prima flexura octo, in secunda quæ tenet in dextra manu alias octo, in tertia usq' ad caudā sex, sunt omnes stellæ serpentis. xxx.

Scorpius.

Scorpius sane inter astra à Ioue illatus est, pro eo quod ferut ex terra ortum summis sum que, qui Oriona interficeret ob eius loquacitatem, quod ex uenatione nullam se feram relinqueret diceret, isq' Oriona percussit & occidit, et inde à Ioue astris illatus est, ut eius natura futuri homines intelligerent. Nigidius aut dicit scorponé ad pernicie Orionis in insula Chio in monte Chelippio ortu uolūtate atq' ope Diana. Nam cum in monte Celsonio uenaretur, iridens Dianam contemnebat, eius opera quæ in monte constituebat. Itaq' Diana dicitur misisse scorponem, qui Orioné uita priuaret, postea ab Ioue impetrasset, ut scorpio in duodecim signorum memoria constitueretur, hic ob magnitudinem in duo domicilia partitur, etenim ad aliud tendunt brachia eius, ad aliud corpus & cauda & aculeus. Habet aut stellas in unoquoq' cornu duas, in ore unam claram, in fronte duas, in dorso claras tres, in uentre duas, in cauda quinq', in aculeo duas, sunt omnes. xix. Ex his quatuor quæ sunt in cornibus eius duæ priores clarae, & duæ obscuræ librae assignantur quam chelas Græci dicunt.

Inde

Arctophylax.

HNde Helicen sequitur senior baculog̃ minatur
Se uelle Arctophylax brachiorum munera cæcus,
Icatus ereptam pensauit munere ripam.
Non illi obscurum caput est, non tristia membra,
Sed proprio tamen una micat sub nomine flamma,
Arcturum dixere sinus qua uincula nodant.

BOotes qui et arcturus fertur esse custos plaustri, eo quod plaustrū sequitur, id est, ses
ptentribus, & quasi succinclus sit septentrionibus. Hunc dicunt Arcadem Iouis si
liū esse, de cuius post nomine Arcadia dicta est, quē Lycaon Pelasgi filius cum Iouē ho
spitio recepisset, infantē membratim lacerauit & Ioui in epulis apposuit, tentās louem,
utrum Deus esset. Iouis aut̄ dicitur domum Lycaonis fulmine incendisse, eōg̃ loco ciui
tatem constructā, quę trapezos appellata est, Lycaonem uero cōvertisse in lupum, Archa
dem aut̄ compactis membris ad uitam teduxisse, & cuidā capratio dedisse nūtiendū.
Qui cum adulta iam ētate esset, matri inscius uim inferre uoluit, quos cum incolae Lycei
montis eum occidere uellent, Iuppiter utroq̃ liberans astris intulit, qui ut res gesta est,
ita manent: illa utsae naturę hic impetum faciens, quem Bootem Homeruſ uocat. Habet
aut̄ stellas in dextra manu quatuor quae non occidunt, in capite claram unā, in singulis
umeris singulas, in singulis māmillis claras singulas, in dextra parte corporis sub mā
milla obscurā unam, in dextro cubito claram unam, inter utrāq̃ genua claram unam,
& magnam, quae est arcturus, in singulis pedibus singulas, fiunt omnes quatuordecim.

Virgo.

Vlget spica manu maturisq̃ ardet aristis.
Quam te diua uocant, tangunt mortalia si te
Catmina, nec surdam prebes uenerantibus autem,
Exosa heu mortale genus, medio mihi cursu,
Stabunt quadrupedes & flexis latus habenis,
Teq̃ tuumq̃ canam terris uenerabile numen.
Aurea pacati reget cum secula mundi,
Justitia in uiolata malis placidissima uirgo.
Siue illi astra genus fuerit, quem fama parentem
Teadidit astrorum seuero intercipit æuo,
Ortus fama tui mediis te læta ferebas,
Sublimis populis, nec designata subire,
Tecta hominum & puros mores sine crimine diuia
Iura dabas, cultuq̃ nouo rude uulgas in omnem
Formabas uitæ sinceris artibus usum.
Nondum uesanos tabies nudauerat enses,
Nec consanguineis fuetat discordia nata.
Ignotisq̃ matis cursus priuatāq̃ tellus
Grata satis, neq̃ per dubios auidissima uentos,
Spes procul amotas fabricata naue petebant.
Divitias fructusq̃ dabant placata colono,
Sponte sua tellus, nec parui terminus agri
Præstabat dominis signo tutissima ruta.
At postquam argenti crevit deformior ætas,
Rarius in uasit maculatas fraudibus urbes,
Serāq̃ ab excelsis descendens montibus ore
Velato, tristisq̃ genas abscondita tipa.
Nulliusq̃ latem, nullos adit illa penates.

Tantum

Tantum cum trepidum uulgas cœtusq' notauit
 Increpito partum soboles oblitera priorum.
 Degeneres habuit semperq' habitura minores.
 Quid me nunc habitus super & mala uota uocatis?
 Quærenda est sedes nobis, noua secula uestra
 Atibus indomitis tradat sceleriq' cruento.
 Hæc effata super monitus abit alite cursu,
 Attonitos linquens populos grauiora pauentes.
 Aërea sed postquam proles terris data, nec iam
 Semina uirtutis uitiis demerita tenuit,
 Quisq' priora tenet uestigia, quisq' secunda,
 Fertiq' in uento mens est latata metallo.
 Polluit & tautus mensas afluxus aratto.
 Deseruit propere terras iustissima virgo,
 Et cœli sortita locum, quæ proximus illi
 Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.
 Virginis ac placide præstanti lumine signat,
 Stella humeros, Helicenq' ignis non clarior ambit.
 Quiq' micat cauda, quiq' armum fulget ad ipsum,
 Quiq' priora tenet uestigia, quiq' secunda,
 Clunibus hisfutis & qui sua sidera reddit,
 Nanq' aliq' quibus expletum ceruixq' caputq',
 Vatibus ignotis prisca sine honore feruntur.

Ad aspectum autem Bootis virgo constituta est, quæ Erigone dicta est, quæ inter leo
 nem & libram in zodaico locum tenet. Hanc Hesiodus Iouis & Themidis filiam
 esse dicit, nomine Iustam. Hunc securus Aratus dicit, quod cum esset immortalis in terris
 morabatur, & à uirorum aspectu se subtrahere solita, cum foeminis consulto ludere &
 conuersati uidebatur, & ab eis Iusta vocatur, & nondum inter homines nequitia, neq'
 nauigationem fuisse, sed illam in terris moratam, æquitatem hominibus præstasse, eo
 seculo quod aureum dicebatur. Sed postquam diminuti homines, à quietate quieuerunt,
 illa cum eis minime conuersata est, postquam uero hominum mores in deterius uersi
 sunt, in toto se è terris abstulit, & in ea parte cœli habitauit, qua enumetur. Nonnulli
 autem eam esse Cererem, eo quod spicas teneat, alii Atargatin. Quidam uero Fortunam pro
 eo quod sine capite astris interferrit. Nigidius de uirgine ita refert. Virginem Iustitiam dici
 siue æquitatem, quæ ab hominibus recesserit & ad immortales merito transferit. Nam
 cum inter mortales conuenitet omnibus locis conciliabulisq' solitam consistere & præ
 cipere hominibus ne temere à iustitia & æquitate discederent, qui quandiu monitis eius
 obedirent, diu in uita sine cura & solicitudine futuros, sed cum negligentius æquitate
 obseruantes declinaré, insidiisq' cupiditate & auaritia alter alterum deciperet, ab homi
 nibus discessisse, & digna cœlesti numero immortalem præmium pietatis possedit. Ha
 bet autem stellas in capite obscuram nimis unam, in singulis humeris singulas, in una
 quaq' ala obscuras duas, ex eis quæ sunt in dextra ala à parte humeri est clara una, & in
 singulis cubitis singulas, in singulis manibus singulas, illa quæ dextra clarior est, & uo
 catur spica, in tunica obscuras sex, in singulis pedibus singulas. Sunt omnes xix.

Gemini.

Qua media est Helice subiectum respice Cancrum.
 Ancipitis suberit gemini quæ posterior pes.

Hui dicuntur Castor et Pollux fratres Gemini, maxima concordia, è quibus cum u
 nus cecidisset in pugna quam aduersus Athenienses gerebant, alter immortalis
 tam accepit, quos Iuppiter utrosque cœlo intulit, sideribusq' Geminos nominauit,
 qui

qui salutares sunt appellati. Nam & horum stellæ ita se habent ut occidente una, oriente altera. Alii uolunt Zetum & Amphionem esse, ideo unus zonam alter lyram habens. Nigidius deos Samothracas dixit, quorum argumentū nefas sit enumerare propter eos qui ministriis presunt. Item dicit Castorem & Pollucem, Tyndaridas Geminorum honore decoratos, quod principes pacationis dicatur, quod mare totum prædonibus malefiscisq' pacatum reddidissent, & quo in tempore nauigauerint cum Iasonem atq' Hercule ad pellem inaugaratam auferendam, multis laboribus tempestibusq' conflicti, periculorum atq' animorum experti impendia laboribus liberare studuerunt, atq' cum à Ioue essent elati, petierunt à patre ut sibi liceret in eo cœli loco cōstitui, unde mortalibus auxiliantes prospicere possent. Quamobrem eis concessum est immortali memoria locoq' constitui, & plerisq' mortalibus auxiliantes sui conspectus gratiam præbent. Quorum prior habet stellas in capite claram unam, in singulis humeris singulas claras, in dextro cubito unam, in eadem manu unam, in singulis genibus singulas, in singulis pedibus singulas. Sunt omnes nouem. Alter qui tripus appellatur, is iuxta cancrum est, habet stellas in capite claram unam, in singulis mammillis singulas, in sinistro cubito duas, in eadem manu unam, in sinistro genu unam, in singulis pedibus singulas, in sinistro pē de ultimæ distantiae unam, quæ uocatur tropos, sunt simul decem. Hi sunt inter duodecim signa zodiaci circuli, sed in medio circulo æquinoctiali tropici hyemalis qui astralis appellatur sita sunt.

Cancer.

pedem
Cancer in astris positus esse dicitur beneficio Iunonis. Quod cum Hercules cum hydra ad fontem Lerneum depugnaret, hic cancer Herculis pede mortu deprehēdit, ut Pamasis autor dicit, quem miratus Hercules calcatum contrivit, beneficioq' Iunonis magnis honoribus decoratus est, idem duodecim signorum numero annumeratus: sunt in hoc signo aliæ stellæ quas Græci dicunt, quod cum Liber à Iunone insania obiecta fugeret ad occasus Dodoni Louis, eiusq' in templo respōsa peteret, ut Philiscus refert, magni imbræ cum grandine orti sunt, ea parte qua transitus erat. Asinū us è contrario transeuntibus per aquas in uno ex his sedes & ipse transuestus est sine periculo, & ab insania liberatus. Vni aut ex his effecisse dicitur, ut uoce humana loqueretur, & post paucum tempus cum Priapo contendere cœpit de membro naturali. Priapus compressum asinū occidit. Louis aut beneficio utiq' immortali honore donati, astris sunt illati. Est & altera origo quæ infertur ab aliis. Quod cum aduersus gigantes dii bellum agerent, idem Liber & Vulcanus & satyri asinis insidētes profecti sunt ad pugnam. Quod genus uiso tumultu diro cum murmure rugissent, gigantes eorum uoce territi fugerunt & confessim dii de gigantibus triumphauerūt & iccirco unā cum præsepio suo astris sunt illati, & in signo nobilis cancri positi, cuius cursum ad occasum tendit. Habet aut stellas in cornibus anterioribus duas claras, & tres obscuras, quæ appellantur nubilum, quod circa eum uidetur præsepium dicitur, in ore unam, in dextris pedibus singulas, sunt quatuor obscuræ, in sinistris priores claras duas, in secundo unam, in tettio unam, in extremo minore unam, in testa duas: sunt omnes.xvi.

Leo.

cursus

 Orrēntisq' iubas & fuluum cerne leonem.
 Hunc ubi contigerit Phœbi violentior axis,
 Accensa in cancro iam tunc geminabitur æstas,
 Tunc lymphæ tenues, tunc est tristissima tellus.
 Et densas lætus segetes bene condit arator.

Ne mihi tunc remis pulset uaga cerula puppis,
 Dem potius uentis excluso uela rudente,
 Excipiām q' sinu zephyris spirantibus auras.

Leonem beneficio Iunonis inter astra collocatum dicitur, eo quod uirtute cœteras præcellat. Periandrus Rhodius refert eum ob primos labores Herculis memorias

memoriae causa, honorifice astris illatum. Nigidius refert hunc leonem nutritum apud lunam iussu Junonis, & in terra Arcadia in regione Nemeę in spelunca Mihdimon nomine fuerit, quam quidam Aphriso dicunt, & iussu Junonis ad Herculis exitium dismissum, quem Hercules iussu Euristhei interfecit, cum Molocho hospite suo, cuius clauam pro uitibus tributam principio est adeptus, cum qua leonem interfecit, itaque postea clava pro gladio, pelle pro scuto reliquo tempore uti cœpit, & apud omnes mortales gratus ob virtutē haberi cœpit, Junoni porro magis odio esse. Quapropter leonē cœlesti memoria dignatum volūtate Junonis nos arbitramur. Hic notabilis & maximus inter signa est. Pleriq[uam] uolunt Nemeę gymnicos ludos ob hunc leonē institutos. Hic totus figuratur. Habet stellas in capite tres, in collo duas, in pectore claram unam, in spina tres, in cauda media unam, in ultima cauda clara unam, in medio uentre unam, sub pectore duas, in priore pede claram unam, sub uentre unam clara, in medio ventris unam, in posteriore pede claram unam, in genu posteriori claram unam: fiunt omnes decem & nouem. Videntur aliæ stellæ obscuræ septem iuxta caudam eius, quæ vocantur crines Betenices, & sunt eorum uirginum quæ Lesbo perierunt. Illa autem magna & clara quæ in pectore eius est, appellatur Tyberone.

Erichthonius.



Hec etiam Autigae facies siue inclyta forma,
Natus Erichthonius, qui curru sub iuga duxit
Quadrupedes, seu Myrtoas demersus in undas,
Mytilos hunc potius species in sidera reddit.

Sic nulli cursus, sic ruptis mœstus habenis,
Perfidiam Pelopis raptam gemit Hippodamiam.
Ipse ingens transuersus abit leuam Geminorum,
Maiorisq[ue] ursæ contra delabitur ora.
Numina præterea secum trahit: una putatur
Nuttix esse Iouis, si uere Iuppiter infans
Vbera Cretææ mulxit fidissima capræ.
Sidere quæ claro gratum te gestat alumnnum.
Hanc Auriga humero totam gerit, at manus hædos
Ostendit nautis inimicum sidus in undis,
Orbis ab Oceano celsus rapit aut semel hædi
Iactatam uidere ratem nautasq[ue] pauentes.
Sparsaq[ue] per sœuos morientum corpora fluctus.

Hic agitator Erichthonius dicitur fuisse Vulcani & Mineruæ filius. Qui Vulcanus cum Ioui fulmen efficeret, ab Ioue promissum cepit, ut quicquid uellet præsumere: ille Mineruam in coiugem petiuit. Iuppiter imperauit Mineruæ ut uirginitatem defenderet. Dumq[ue] cubiculum introirent certādo Vulcanus semen in pavimentum iecit, unde natus est Erichthonius: quem Minerua in cista abscondit, draconeq[ue] custode apposito duabus sotoribus Aglauto & Pandoso commendatuit. Hic primus currus homines equis iunctis docuit similes quadrigæ solis facere, primu[m] Panathenæa constituisse, ac cem templumq[ue] ædificasse dicitur. Quem Iouis miratus, astris receptum memoriæ tradidit. In hoc signo & capra est, quam in humero portat, quæ Iouem nutriuit. Itemq[ue] eius filii hædi quos Autiga in brachio portat, qui fluctus significare dicuntur, noscuntur. Muses de capra hoc refert: datur Iouis infans nutriedus Themidiæ Altheæ, quæ fuit domina capræ, quæ ex ea Iouem nutriuit. Esse autem hanc capram filiam Solis dicunt, cuius aspectus tam atrox fuisse dicitur, ut Tytanes eam timerent, rogarentq[ue] matrem Terram ut eam abderet. Terra autem in antro clausam Amaltheæ tradidit custodiendam, ibi q[ue] Iouem cum cura Amaltheæ educasse. Qui cum esset iuuenis, & ille contra Tytanes intermis uellet pugnare, eius pellem dicitur acceptam pro scuto habuisse, quod semper Tytanibus

nibus agitator timori fuerit, & dicebatur media pelle Gorgoneū caput habere, eo testus tegmendo caprae tergo alterius pellis testa restituit, uitæ etiam immortalitate donauit, cœliq' astris intulit, & eius pellem appellavit. Aliis placet agitatorem Mytilum esse Mercuri filium, Oenomai aurigā, & à patre Mercurio astris illatum, cuius caput non multū distat ab Helyce, genua apponuntur geminis, pedes iuxta tauri cornua. Habet autem stellas in capite unam, in singulis humeris singulas, sed ea est clarior quæ in sinistro humero est, & appellatur capra, in singulis genibus singulas, in dextra manu unam, in sinistra duas, & super ipso brachio stellas duas, quæ vocantur hœdi: sunt omnes simul decem.

Taurus.

Arigæ pedibus trux adiacet ignea taurus,
Cornua fronte gerens, & lucidus igne minaci.
Quem Liber ignatum cœli formando docebat.
Et caput, & patulas nates, & cornua tauri
Fronte micant hyades, quæ cornua flamma sinistri
Summa tenet, sub haec eadem uestigia dextra
Autigæ mediaq' ligant compagine diuos.
Mytilus exoritur summo cum piscibus ore,
Toton cum tauri lucet, ruit Oceano bos,
Aute super terras cum fulget Mytilus ore.

POrro taurum inter astra quidam putant possum propter Iouem, quod in bouem sit fabulose conuersus. Nigidius hunc Iouem à Neptuno fratre per gratiam adduxisse, qui in figura tauri sensum humanū haberet, quem Iouis Sydonem misit, ut Europam Agenoris filiam ad se portaret. isq' per pelagus Sydonem uenit, ibiq' Europam inter æquales suas ludentem in templo Aesculapii conspexit, eamq' repentina atreptu collocata suo tergo deuexit ad Iouem in insulam Cretam. Ob hanc igitur causam Iuppiter taurum sideribus dignatus est immortali memoria inserre. Eratosthenes dicit hunc esse qui coiit cum Pasiphaë, cuius priores partes apparent, reliquum corpus nō appetat propter foemineum sexum. Spectat autem orientem. In signo autem tauri frons & facies Hyades vocantur, quas Phœbeades Atheneus nutrices Liberi dicit, quæ Dodonides nymphæ vocantur. Quæcum à Lycurgo captiuitatem timet fugerent Thebas, ne sibi à Iunone aliquid paterentur, Iuppiter cœlo illatas sideribus honorauit hyadesq' appellauit, quod nascente Libero eas inuenierit, quas in signum temporis posuit, uel quod sint pluuviales, uay enim pluere est, quia eorum ortus imbres concitat, uel quia in modum y literæ possit. Museus & ista refert: Ex Athlante & Hya duodecim filiæ procreatæ sunt, & filius Hyas, quem dum ab apro uel leone occisum sorores omnes nimis diligentes flerent obierunt, è quibus quinq' stellas figuratas Hyades appellauerunt, septem autem Pliades. Mytilus autem quinq' filias Cadimi esse dixit. Habet autem tauris stellas in capite quinque, quæ Hyades appellantur, id est, in cornibus singulis singulas, in fronte duas, in natis unam, hæ sunt hyades. In singulis genibus singulas, in ungue anteriore duas, in palearibus duas, in collo unam, in dorso tres, è quibus nouissima splendida est, in uenre splendidam unam, in pectore unam, in palla unam, sunt omnes xviii. ab excisione tauri usque ad id quod septem stellæ sunt, quas quidam Pliades uel Pleiades dicunt, que non uidentur simul, eo quod septima obscura sit.

Cepheus.

Cepheus etiam cœlum cum coniuge Cepheus
Ascendit, totaq' domo, quia Iuppiter autor
Est generis, prodest maiestas sape parentis.
Ipse breuem patulis manibus stat post cynosuram,
Diducto passim quantum latus à pede dextro,
Cepheus extremam tangit cynosuram caudam,

Tantundem à lœvo distat minor utraq; iungit
Regula, Cepheos uestigia baltheus ambit.

Cepheus in ordine, quarto loco positus est, quem septentrionalis circulus occupat, à pedibus usq; ad pectus, reliquus medius est arcturo æstiuo tropico circulo, fuit ergo, sicut Euripides scribit, Aethiopū rex, Andromedę patet, qui filiā suam ad cetum dicunt exposuisse, quā Perseus saluauit, eiusq; causa & ipse pater beneficio Mineruæ sit astris illatus. Haber quidem stellas in capite splendidas duas, in singulis h̄ metis singulas, in singulis manibus singulas claras, in singulis cubitis obscuras singulas, in zona tres obliquatas, in dextra coxa unam, in sinistra genu duas, supra pedes quatuor, in ultimo pede unam, sunt omnes nouemdecim.

Cassiopeia.

C Va latus afflexum sinuosi respicit anguis,
Cassiopeia uitum residet sublimis ad ipsum.
Clata etiam petnix cœlo cum luna resulget,
Sed breuis & paucis decorata in sidere flammis.

Qualis ferratos subicit clavicula dentes,
Succutit, & foribus præducit vincula elatistri,
Talis dispositis stellis ipsa horrida uestu,
Sic tendit palmas ceu sit planctura relicta
Andromedam meritæ non iusta piacula mattis.

Cassiopeia interea (ut refert Sophocles carminū uates) dicitur præposuisse formam suam Nereidibus, ob quam rem ira Neptuni ceto trāsmisso uastabatur eorum terra, ex postulataq; Andromeden & ceto propositam, ob quam rem longe habitus eorum diuersus est, ita aut̄ est Cassiopeia in sella sedens, habet in capitestellā claram unam, in singulis humeris singulas claras, in dextra māmilla claram unam, in dextra manu claram & magnā unam, in sinistra manu clara unam, in umbilico clara & magnam unam, in sinistro femore duas, in eodem genu claram unā, in unoquoq; angulo sellæ in qua sedet singulas claras. Sunt omnes. xiii.

Andromeda.

A Ec procul Andromedæ totam quam cernere nondum
Obscura sub nocte licet, sic emicat ore,
Sic magnis humeris candens nitet, ac media ambit,
Ignea substicta fulget qua zonula palla,
Sed pene facies remanet distictaq; pandit
Brachia, ceu magni teneantur robore faxi.

Andromeda filia fuit Cephei & Cassiopeiæ, quæ adamara est à Cupidine, & datū ait tensponsum ut tradiceretur cerui ad deuorandum. Quæ suspensa inter duos montes & exposita cerui est cum omnibus ornamentiis. A Perseo autem libertata est, et ob id Persea dicta, beneficioq; Mineruæ astris recepta est. Euripides etiam dicit intra astra collocatā, ut labor Persei eternus pateret, manibus eius extensis, quemadmodū cerui opposita est. Quæ cum à Perseo liberata esset, neq; patri neq; matri uoluit cōmorari, sed continuo cum Perseo profecta est. Habet stellas in capite claram unā, in singulis humeris singulas, in singulis cubitis claras singulas, in dextra manu clara unam, in eodem brachio claras duas, in zona tres, sub zona quatuor, in singulis genibus claras singulas, in dextro pede duas, in sinistro pede unam. Sunt omnes. xxi.

Equus dimidiatus.

Andromedæ uero radiat qua stella sub ipsa,
Albo fulget equus, tres harmo, sed latera æquis
Distinguunt spatiis, capiti tristissima forma.
Et ceruix sine honore obscuro lumine sordet,

Spumanti mandit, sed quæ ferus ore lupato,
 Et capite & longe ceruice insignior exit.
 Stella nitens harmis latetique simillima magno.
 Nec totam ille tamen formam per singula reddit,
 Primo præstat equo medio rapta ordine membra.
 Destituunt usus, radiis hinc surgit imago
 Gorgonis, hinc proles in Pierio Helicone.
 Vertice cum summo nondum decurseret unda,
 Museos fontes dextri pedis istibus hausit.
 Inde liquor genitus nomen tenet Hippocrenen,
 Fontes nomen habent, sed pegasus æthere summo.
 Veloces agitat pennas, & sidere gaudet.

E Quus præterea dimidius est, priore parte patet usque ad umbilicū. Aratus dicit super geniculatorē situm, & iam astris illatū, eo quod à cœssitudine Heliconis motis percusso pede dextra aquam produxit, quē liquorem Hippocrenē dicunt. Quidam pro eo quod Iouis eo usus fuerit. Nonnulli vero Pegasum putat qui ad astra pro Bellerophonis interitu euolauerit. Eutripides dicit Menalippen Chitonis filiam esse, quæ cōpressa grā uida profugit in Pelion montem, & dum à patre cōpræhendī timeret, deorū misericordia conuersa in equū ad astra concendit, cuius posterioris partes corporis propter fœmi nei sexus pudorē non uidetur. Habet autem stellas in facie claras duas, in capite claram unam, in singulis auribus singulas claras, in maxilla unam, in ala proxima capiti claram unam, in humero alæ dextræ unam, in media ala unam, in extremis pennis una, in hamo unam, in pectore unā, in spina unam, in umbilico claram unā, in singulis genibus singulas, in singulis ungulis singulas, siunt omnes. xviii.

Aries.

A Nde subest aries qui longe maxima torrens
 Orbis, & ad finem spatiis non tardior horam
 Petuénit, & quando grauiore Lycaonis arctos,
 Axem uel tutor quem tanto gratior ille
 Distantis cornu properat contingere metas.
 Clara ue non illi est facies, nec sidera possunt,
 Officiat si luna sua uitute nitere.
 Sed querendus erit zonæ ratione micantis.
 Ut chelæ candens aut baltheus Orionis.

A Ries, ut Hesiodus & Phætæcides dicunt, inter astra collocatus est, propter Phrixum & Hellen Athamatis & Nebulæ filios. Qui cum nouercā occidere uellent in fani à Libero dicuntur effecti, qui dum in sylua erratet, mater eis arietem aurata pelle fertur adduxisse, qui cum nauigare uellent in mare proiecti sunt, quod pelagus ab Helle nomine Helleponthus vocatur. Helle aut (ut aiunt) à Neptuno saluata est, & ex ea puerū Pœonē genuit. Phrixum aut insidēs preparato arieti Colchos adductus est ad Oetam regē, ibi que arietem matti immolauit, eique suam aureā pellem concessit antequā inter astra processisset, quā draco custodiuit. Genitum aut hunc arietem dicunt ex Neptuno & Theophane Altidis filia, quā cum adamasset in insulam Chrinnissam traduxit, inque Iouem cōuertit, cum qua in arietem mutatus concubuit, ex qua aries chrysouellus natus. Nigidius hunc arietem dicit ducem & principem esse signorū zodiaci circuli. Immortali aut honore donatum, quod cum Liber exercitū in Africam duceret & aquæ inopiam patet, subito aries ex arena exiuit, et Liberum cum suo exercitu ad aquā perduxit diuinitus. Hoc facto Liber eum arietem Iouem Ammonē appellauit, eique phanū magnificū fecit eo in loco in quo reperta est aqua, & abest ab Alexādria itinere dierum nouē, locus atenos & serpentū multitudine plenus, & ab atena Ammon est nominatus. Prætetea aries

dux aquæ immortalis mutatus & cœli sidera consecutus. Cōuertit aut caput ad taurum ipse autem assequitur aliis signis. Habet aut stellas in capite unam, in auticulis tres, in collo duas, in summitate pedum anteriorum singulorum singulas, in dorso quatuor, in cauda una, in uentre tres, in summitate singulorum pedum posteriorum singulas. Sunt omnes. xviii.

Deltoton.



St etiam propiore Deum cognoscere signo,
Deltoton si quis donum hoc spectabile Nili,
Digitibus ueneratum undis in sede notatit.
Tris illi laterum ductus æquata, duorum

Sunt spacia unius breuior, sed clatior ignis.

Hunc aries iuxta medium deltoton habebit.

Super caput arietis non longe ab Andromedæ pedibus adiacet signum quod Græci ob similitudinem deltæ literæ deltoton uocant, latini autem ob proprietatem formæ triangulum dicunt. Quod quidam à Ioue per Mercurium inter astra positum dicunt, super caput arietis, pro eo quod obscurum esse dicitur. Quidam uero dicunt Aegypti esse effigie stellis figuratam in tribus angulis, id est, trigono & Nilum talem ambitum facete. Habet aut stellas tres, in singulis angulis singulas, è quibus una est clatior.

Pisces.



Ner lanigeri tergum & Cepheida moestam
Hunc ultra gemini pisces, quorum alter in austrum
Tendit, threicum boream petit alter, & audit
Stridentes auras niueus quas procreat Hemus.

Non illis liber cursus, sed uincula cauda,

Singula utrumq; tenent uno coeuntia nodo.

Nondum stella premit pisces qui respicit auras,

Threiciæ dextram Andromedæ cernuntur ad ultimam.

Pisces hi sunt & maior pisces. Nigidius hos pisces dicit in flumine Euphrate fuisse, & ibi ouum inuenisse mirum magnitudinis, quod uolentes eiecerunt in terram atque ita colubam in sedisse & post aliquot dies exclusisse, eam Syria quæ uocatur Venus, maximeq; misericors ad homines pertinebat, quæq; multa quæ ad utilitatem hominibus uerterentur ea dicitur inuenisse. Quæ quoniam Louis saepius à Mercurio laudati nominatis au diter quod in deos religiosa, in hominibus officiosa diligenter fuerit rogata à Ioue quod sibi optanti tribui postularet, illa ait ut pisces qui suam originem seruassent immortalis præmio afficerentur. Iuppiter in duodecim signis pisces siderum splendore decorauit. Una de hodie quoq; Syri neq; hos pisces edunt, & columbas potestate decorant. Horum aut unus aquilonius est, alter australis, ex aduerso caudis uttingi positis. Habent inter se alligamentum luteum continens usq; ad priores pedes arietis. Andromedæ aut humerus dexter pisces est signum. Habet idem aquilonius stellas duodecim. Alligamentum luteum quo continentur in parte boreæ habet stellas tres, in parte noti tres, ad orientem tres, ad occidente tres. Australis pisces quindecim. Sunt omnes. xxxix.

Perseus.



Antus & ille micat tantum occupat ab Ioue cœli,
Dextra sublata similis prope Cassiopeam,
Sublimis fulget, pedibus propetare uidetur,
Et uelle aligeris purum æthera tangere palmis.

Perseus quidem ex Danae & Ioue natus est. Iuppiter enim in similitudinem aurei imbris se transformans oppressam delusit Danae Achrisii regis Arguorum filiam, quam pater à Ioue uitiatam cognouit, intra arcam includens precipitauit in mare, que delata ad Italiam, in uenta à quodam piscatore & oblata regi, eam sibi fecit uxori, una cum Perseo quem enixa est in mari. Qui missus ad Polydectem regem insulæ Satiphi. Accepit à Mercurio

¶ Metcurio talaria & à Vulcano harpe adamantina per aëra iter faciens ad Gorgones Phorcii filias uenisse perhibetur, quæ angues pro crinibus dicuntur habuisse, quosq; ui-
dissent in lapides conuettere. Gorgones tres fuitur suis sorores, uno oculo, una pul-
chritudine inter se cōmunicantes quarum nomina putantur, prima Stennio, secunda
Eutiale, tertia Medusa. Quidā uero eum à Minerua missum dicunt, & ab ea clypeū ui-
treum accepisse, per quem uidere nec uideri ab eis posset. Qui cum Gorgones dormie-
tes inuenisset, caput Medusæ abscidit, & Mineruæ tradidit, quod illa in suo pectore apta
uit, ut in bello terribilior esset. Perseū autem inter sidera collocauit. Habet autem stellas in capi-
te unā, in singulis humeris claras singulas, in manu dextra clarā unā, in eodem cubito
unam, in manu sinistra unā, in dextra parte lumborum clarā unā, in sinistro scemore clara-
ram unam, in singulis genibus singulas, in singulis tibiis singulas, in singulis pedibus
singulas, in capite Gorgonis circūquaq; tres, in harpe unam, sūnt omnes. xviii.

Pleadies.

 Idēa comūnem ostendunt ex omnībus ignem,
Septem traduntur numero, sed carpitur una,
Deficiente oculo distingue corpora parua.
Nomina sed cunctis seruauit fida uetus.

Helectra, Alcyoneq; Celenoq; Taygeteq;
Et Sterope, Metopeq; simul, formosaq; Maia,
Cœlifero genitæ, si uere sustinet Atlas
Regna Iouis, superosq; atq; ipso pondere gaudet.
Lumine non multo Pleias certauerit astris.
Præcipuo sed honore ostendit tempora bina.
Cum primum agricolam uentus superimminet aufer,
Et cum surgit hyems portu fugienda peritis.

PLeiades à pluralitate Græci uocant, latini eo quod uere exoriantur Vergilius dicunt.
Dicit autem Phætocydes Athenæus septē sorores fuisse, Lycurgi filias, ex Naxo insula, et
pro eo quod Liberū educauerunt à Ioue inter sidera sunt relatæ. Hæc nomina putantur
Electra, Alcyone, Celeno, Asterope, Metope, Taygete, Maia, quartū septima, ut ait Aratus
uix intueri potest, quā quidā præ timore Orionis fugisse putant, quidam à Sole persecu-
tam arbitratur, uocatq; electrā, quæ non sustinens uidere casus pronepotū, fugerit. Vnde
& illā dissolutis crinibus propter luctū ire assertunt, & propter comas quidā Cometen
appellant. Non nulli uero Meropen esse autumāt, quæ nupta, à quodā uiro nominata est
Hippodomia. Museus autem refert filias Atlatis fuisse septem, ex quibus sex claræ sunt, una
obscura, cum diis cōcubuetunt, tres cum Ioue, & ex Helectra Dardanus, ex Maia Mer-
cius, ex Taygete Lacedæmon, cum Neptuno duq; Alcyone ex qua Hercus, Celeno, ex qua
Lycus, cum Marte Asterope, ex qua Oenomaus, Metope cum Sisypho. Magnā apud ho-
mines dignitatē habent.

Lyra.

 Empora laeva premit parti subiecta draconis,
Summa genu subuersa tenet, quā se lyra uoluit,
Contra spectat auem uel Phœbi quæ fuit olim.
Cygnus de thalamis candens qui lapsus adulter,
Furta Iouis falsa uolucet sub imagine texit.

LYAM inter astra collocatā dicunt propter honorem Mercurii qui eam condidit ex
testudinis similitudine de Apollinis boum cornibus, qui intendit chordas septem
Atlantis numero. Regediente igitur Nilo ad suos meatus inter cetera relicta etiā testu-
do est, quæ cum putrefacta fuisse & nervi eius extensi intra cotium remansissent, percus-
sa à Mercurio sonitū dedit, in cuius similitudinē Mercurius lyram fecit, quā postea Apol-
lini datam, alii Orpheo dicunt, eo quod unus ex musis, id est, Calliope sit filius, fecit autem
chordas nouem iuxta numerū musarū. Tantæ namq; dicitur dulcedinis in modulādo

fuisse ut atbores, saxa, bestias, atq; infetos cōmouerit, ob coniugis Euridices desideriū ad infetos descendens. Qui cum Apollinem maximū deorū honoraret, Liberū aut patrem, à quo fuerat glorificatus minime glorificaret, sedēs in Pangeo monte, & expectans solis ortum, Liber indignatus misit Bacchus, ut Aeschylus scribit, quæ eum mēbratim discerent, collectisq; membris eius sepelierūt eum in Lesbiis montibus, eius lyrā Museo deserunt. Iouemq; rogauerūt, ut eius memoriā astris inferret. Habet aut stellas in utrisq; p̄tinibus singulas, in cacumine chordatū singulas, in utrisq; humeris singulas, in fundo unā, in modulo unā, in tympano clatā atq; candidā unā. Sunt omnes novem.

Cygnus.

A Ut medii fulgoris erunt penna utraq; lata
Dexterior iuxta regalem Cepheos ulnam,
At Ioua fugit instantem sibi pegason ala.

C Ygnū dicūt inter astra cōstitutū, eo quod Iuppiter in cygnū transfiguratus enolauε
tit in tam Atticę regionis, ibiq; cōpresserit Nemesim, quę & Læda dicitur (ut refert
Crates tragœdiarum scriptor) quæ enixa est ouum, unde nata est Helena, sed quoniam
Iuppiter cursus in cœlum in cygnū transfiguratus se recepit, ut fuit pennis tensus simus
lactum eius sideribus reliquit. Habet aut stellas in capite clatā unā, in dextra ala quinq;
unam claram quæ est erga collū, in sinistra ala quinq;, in pectore unam, in cauda unā,
quæ est amplissima. Sunt omnes. xiii.

Aquarius.



Ceano mersus sopitas condere flamas.
Hymbres occasus ortusq; intercipit ora.
Et cum terrotes auget mox atra matinos,
Multum clamatos frūstra spectauerit ortus,
Tunc rigor, aut rapidus punto tunc incubat austus.
Tarda ministeria & nautis tremor alligat artus,
Et rationem animi temeraria pedora soluent.
Nulla dies oritur, quæ iam uacua æqua cernat.
Puppibus & semper tumidis ratis innatet undis,
Interea tentare undas iouat, aspera sed cum
Assultat lateri deprensæ spuma catinæ,
Tunc alti curuos prospectant littore pottus.
In ventasq; alii terras pro munere narrant,
Interea examinat pauidos instantis aquæ mons,
Ast alii procul è terra iactantur in altum.
Munit & hos breue lignum, & fatal instantia pellit,
Ectantum à leto, quantum rate fluctibus absunt.

P Otto aquatus nomen accepisse dicitur quod eius exortu hymbres plurimi fiant.
Quidā uolunt Ganymedem eum esse Troili & Calliroes filiū, qui cum in Ida monte uenaretur ob nimia pulchritudinē à Ioue adamatus, & per aquilam raptus inter astra
est collocatus. De hinc Aquatus dictus est quod undas funderet. Nigidius Hydrocho-
on siue aquatum existimat esse Deucalionē Thessalum, qui maximo cataclismo sit re-
liestus cum uxore Pyrrha in monte Aetna, qui est altissimus in Sicilia, & posteaquā se &
uxorem suā in terra relictū censuit, orbitatis & uastitatis miserritus, ab Ioue precati cœpit,
ut aut & ipsi interirent, aut hominū genus restituerent. Iuppiter respondit & per sortem
indicauit, ut lapides quos ante se reperissent post se iactarent. Reuersi itaq; quotquot Deu-
calion misit, uiri siebant, quos Pyrrha, fœminæ. Quo facto rursus hominū genus natū
est, ob quam rem λάος græce populus dicitur, quia lapis antiquitus græce λάος appellat-
batur. Ab antiquis quidē dicitur Aristeus filius Apollinis fuisse, quę Apollo dicitur ex Cy-
rene procreasse, quam cōp̄ressit in monte Orpheo, qui Cyrenis est appellatus. Aristeus di-
citur

dicitur omnibus artibus doctus fuisse, quibus ceteros homines ad bonos fructus utilitatemq; perducebat. Is cum canicula signum pestiferum oriretur, & statim presentes fructus laederentur, & homines diurna pestilentia afficerentur. Factum est ut a diis impetraretur maxime Neptuno, Iouis fratrum ne tempestatisbus et uentis pateretur genus humum affici indignis calamitatibus. Itaq; uenia data, constitutum est a diis, ut canicula stellae exortu uenti perflarent dies circiter quadraginta, eiusq; pestilentiae uim abscederent. Quapropter Aristeus a diis inter astra est collocatus. Habet autem Aquarius stellas in capite obscuras duas, in singulis humeris singulas amplas, in sinistro cubito unam, in dextro cubito unam, in singulis manibus singulas, in singulis mamillis singulas, sub mamillis singulas, in dextro lumbo una, in singulis genibus singulas, in dextra tibia una, in singulis pedibus singulas. Sunt omnes. xviii. Effusio uero aquae dextra leuaq; sit stellaris. xxxi: Quatuor duae splendidae sunt, ceterae uero obscurae. Capricornus.

Capricornus sane similitudinem habet Aegypanos, habet enim posteriorum patrem piscis, priorum capricorni, & hunc honorum dicitur assenus, eo quod cum Ioue sit noster. Epimenides dicit in Ida utrosq; nutritos, & ad Titanum bellum cum Ioue esse profectum, quem Iuppiter uictor astris intulit, quod eius opera dii armati essent. Itemq; matrem eius capra quod Dicolon inuenisset in mari, ideo piscis cauda notata. Nigidius capricornum resert immortali honore donatum, quo tempore Python in monte Tauto speluncam haberet & Aegyptum incoleret, ab Ioue concessum habuisset quemadmodum diis posset obsistere, cum eis consiliu panderet, si neq; terras teliuere uellat, neq; Pythonis immunitati resistere dii possent, inconsulte figuratas immutauerunt, in qua quis uellet, seu bestiam seu uolucem, seu piscem pecudem uie, Python se in capra transmutasset, itaq; immortales figuris ignotis Pythonis ante oculos crebro uetsabantur, unde adhuc maxime pro diis multas bestias obseruant coluntq; Aegyptii, & conuenit Pythoni nemine deorum aduersari sibi metuacuam cognouit, dominantibus, arbitratus deos se ueritos propter metum dominabatur imperitis fortunae uarietate, & periculi magnitudine instantis. Nam post xviii. dies dicitur consiliu de eo repente a diis factu ut interficeretur, ob idq; usq; hodie in Aegypto hos dies, id est, xviii. festos perpetuo annis singulis instituerunt, in quibus dies bus qui nascitur amplius quam eos non uiuit. Python aut fulmine interficitur ab Apolline in templo Aegypti Memphis, ubi mos fuit solio regio decorari reges qui regnabant, ibi enim sacris initiantur primu, ut dicti reges satis religiose tunicati, & tauto quem Apis appellanti jugo portare fas erat, quod Deum maximu Aegyptii existimant, & per uicu unu duci ut periti existimabant labore humanae necessitatis, ut crudelius quam sub eis sint abusantur. Deducitur aut a sacerdote Isidis in locu qui nominatur Adytes, & iureuando adigitur, neq; mensem, neq; diem intercalandum quem in festu die immutaret, sed ccclxv. dies petactuos sicut institutu est ab antiquis, sed illo reuertamur unde digressi sumus, igitur dii postea quam Pythonem poena affecerunt, sancta astrarum memoria decorauerunt, & ei nomen Aegyptii Aegypna imposuerunt, quod contenti dii se in bestias couertissent, Python se in capra transfigurabat oppiduq; magnificu in Aegypto aedificauerunt quod Panopolim appellauerunt. Habet autem stellas in singulis cornibus duas, in naribus claram unam, in capite claras duas, sub collo una, in pectore duas, in anteriore pede una, in summitate ipsius pedis una, in dorso septem, in uentre quinq;, in caudae extremitate clarae duas. Sunt omnes. xxvi.

Sagittarius.

BElligerum Titan etiam cum contigit arcum.

Ducentemq; ferunt sinuato spicula neruo.

Iam clausum ratione mare est, iam nauita portu

In festam noctem fugit ad longasq; tenebras,

Signum erit: exoriens nobis tum nocte suprema,

Scorpios ille micat super freta cerula cauda.

In sequitur grauis arcus & in lucem magis exit.

Tunc alte cynosura tepit, tunc totus in undas

Mergitur Orion, humeris & uertice Cepheus.

POrto Sagittarius scorpione oriente ascendit, quo ascidente Orion occidit totus & Cepheus à uertice et humeris cum manibus, in cuius signi regione zodiacus circulus humillimus propter equina crura. Quidā negant, dicētes nunquā Centauros ullis sagittis usos fuisse: Quidā autē dicunt quod quadrupedes esse non videantur, sed stās bipes Sagittarius. Hic aut̄ homo equinis pedibus est & caudā habet ueluti Sagittarii. Sostheus autem tragediarū scriptor illum affirmat esse Crotone. Euschemis musarū nūtricis filium & inhabitasse Heliconē atq; sagittis & uenatu uitam exegisse, qui inter musas sepius cōmoratus plausu cantus eorum distinguebat, id est, ad pedem manibus plaudebat, quo alii timerent. Hunc musae beneficio Louis astris intulerunt, cuius attes, id est, plausus & sagittæ inter mortales mansete. Nigidius de Crotone idem dicit, sed non conuertitum cum musis, sed dum illę cantus chorosc̄ celebrarent, hunc procul auditu repensino plausu ad pedem seriendo oblectare canētes, ob hoc cum à loue immortali memoria earum rogatu donatū quod esset nuttis eātū filius, idem Oceani nepos. Habet aut̄ stellas in capite duas, in arcu duas, in acumine sagittæ duas, in dextro cubito unam, in eadem manu unā, in uentre clatā unam, in spina duas, sub cauda duas, in anterioribus geniculis singulas. Sunt omnes xv. Reliquæ nero septē subter cruta similes quidem sunt posterioribus, quæ non ostenduntur, quod Centaurus duplex sit, iaculū aut̄ eius, ex quo dicunt omnes cygnos ab Apolline imperfectos, qui Louis fulmina fuerat, absconditum, settur ad aquilonem, & peracta, ac potius sedata lite, assumptum, & ad pedes Sagittarii inter astra collocatū. Habet aut̄ stellas quatuor, in summo unam, in medio obscuram unam, in pennis duas, unam uero splendidiorem aliis.

Aquila.

VNguibus innocuis Phrygium rapuit Ganymedem.

Et cœlo appositus custos, quo Iuppiter aſſit

In puero, luit excidio quem Troia furorem.

AQuilā sane inter astra collocatam dicunt propter Ganymeden Louis ministrum, quem rapuit in cœlū, est enim ea signū Louis, quod cum dii omnes uolucres inter se diuiderent, eam in portione sortitus sit Louis, quod altius cunctis uolantibus euoslet, & pene inter omnes principatū teneat, & quod sola auium solis radiis nō terreatur. Namq; ita est spectans ad orientem pennis tensis. Aglaosthenes dicit Loué in aquilā transfiguratū, Naxiam regionē ubi nutritus fuerat petuisse, & regnum accepisse: egresso uero de Naxo cum aduersus Titanas proficiscere, & sacrificiū faceret, aquilā ei in auspicio aparuississe & fulmina ministrasse, quā bono omni acceptā tutelā subiecisse. Habet autem stellas in capite clatā unam, in humeris singulis alarū singulas, in pectore obscurā unā, sunt omnes quatuor. Sagitta aut̄ quā tenet in pedibus, dicitur sagitta Apollinis fuisse, cū qua Cyclops interfecit, eo quod Louis fulmina faceret, quod eo telo Aesculapius eius filius à loue esset imperfectus, quā sagittā astris illatā in memoriā uitutis suā reliquit. Habet aut̄ stellas quatuor, in summo unā, in medio unā, in pennis sagittæ duas.

Delphinus.

Sidera quæ mundi pars celsior æthere uoluit,

Quæq; uident boream uentis assueta serenis

Diximus, hinc alias declivis ducitur ordo,

Sentit & insanos obscuris flatibus austros.

Neptunus ut Arthemidorus refert Amphittiten uoluit in coniugiū accipere, quæ cū ob ueterūdię magnitudinē et uirginitatis obseruatiā ad Atlantē cōfugisset, Neptunus post eā multos misit qui eā peteret, inter quos & delphinū misit qui eā peteret. Quæ cū circa insulas Atlatis morat̄ reperit eā nūciauitq; Neptuno, quā ille suis persuasiōibus

ad suam

ad suā perduxit voluntatē delphinōq; maximos honores in mari tribuit, quē in astris intulit & in manu sua habete instituit. Habet autē stellas nouē, & ideo musicū signū dicitur, eo quod in numero musarum: stellas habet in ore unā, in folio duas, in penulis uen tris tres, in dorso unam, in cauda duas, sunt omnes nouem. Delphinus autē non multū currit super capricornum.

Orion.

TEla caput magniq; humeris sic balteus ardet,
Sic uagina ensis pernici, sic pede fulget.

ORION, qui et incola dicitur, ante tauri uestigia fulget, & dicitur Orion ab urina, id est, ab inundatione aquarū. Tempore enim hyemis habet ortū, cum mare & terras aquis & tempestatibus turbat. Hunc Rhomani iugulā uocant, eo quod sit armatus ut gladius, stellarū luce terribilis & clarissimus: qui si fulget serenitatē portendit, si obscuratur tempestatē annuit imminere. Hunc Hesiodus dicit Neptuni et Eutiales filiū, cui dono datū est à Neptuno ut super flumēs ambularet ueloti supra tertā. Qui cum Chiū uenisset Meropē Oenopionis filiam cōpressit, quē Oenopion ob iniuriā excæcauit, & de finibus suis expulit, ipse cum Lemnū uenisset, à sole dicitur ei lumina restituta esse, & resuersus est ad Oenopionē, qui cum à ciuibus terra absconderetur Oenopion, desperata eius inuentione Cretam est profectus, ubi cum immodece uenaretur, et à Diana corrīpetur, ait se nullā feram in terris telicturū. Tellus indignata scorpiō extulit mitę magnitudinis, qui pœnas magniloquentiæ eius exigeret. Iouis autē Orionē ob uitatem astris intulit, idem rogatu Dianæ scorpionē inter astra duodecim celo collocauit, quorū contra magnitudinē stellarē quoq; eorū amplissimae sunt. Aristomachus autē dicit Caubris quædā Thebis uoto petisse ut filiū haberet, ad quē Iouis Mercurius & Neptunus hospitio deuenerunt, qui eis hostiā immolauit ut filius nasceretur, cuius bouis pelle distracta dii in eam urinā fecere, iussuq; Mercurii terra obruta est, unde puer supradictus est natus, quem Vrionē appellauerunt & astris intulerunt. Quidam autē dicunt Vrionem Methymnū: qui cum esset citharæ potens, rex Corinthiorū Pyranthus nomine eum dilexit, qui cum à rege impetrasset ut ciuitatē arte sua illustraret & magnū patrimoniū acquisiūisset, consenserunt famuli cum nautis ut eum interficerent, quē cum uellent interficere petiit ab eis ut ante decantaret. Cum autē citharæ sonus cum uoce eius audiretur, delphini circū nauim uenerunt, ille super unū ex his se præcipitauit, qui eum sublatum ad regem Pyranthum Corinthū detulit: delphinus subductis per æstū aquis exanimatus est. Qui cum suos casus Pyrantho narrasset, iussit rex Pyranthus delphinū sepeliri, & ei monumentū fieri. Post aliquantulū téporis nauis qua Orion deuictus fuerat Corinthum delata est. Nautas cum ad se adduci rex imperasset, & de Orione inquireret, dixerūt eum obiisse. Quibus ille crastino inquit, die ad delphini monumentū iurabit, eosq; custodi mandauit, atq; Orionē ita ornatū sicut se præcipitauerat in monumento delphini delitescere. Cum autē adducti per delphini monumentū iuraret Orionē obiisse, & de monumento prodüsseret, illi eum uidentes obmutuerunt, ibiq; regis imperio crucifixi sunt. Dehinc Iouis miseratione dicitur Orion cum delphino inter astra positus. Nigidius autē refert quodā tempore Iouem cum ceteris diis apud Museū Bithoniorū regem hospitio dapsili copiosōq; affectu prædicto in hilaritate constituisse, ut in corio tauri qui tunc immolatus fuerat mingerent, eoq; loco in cotio terra obruta natus sit Orion, qui factus adolescentis digna deorū forma atq; egregia uitute incitatus immortalī memoria obtemperabat, quibus ortus dicebatur. Nam cum in Celinio uenaretur, Dianam irridens contemnebat eius opera, quæ in monte cōstituebat. Itaq; Diana misisse dicitur scorpionem qui Orionem uita priuaret. Orion uita priuatus sideribus illatus est. Habet autē stellas in capite claras tres, è quibus media est splendidior ceteris, in singulis humeris singulas claras, in dextro cubito obscuram unam, in eadem manu unam, in zona tres, in gladio quē tenet in manu tres, in singulis genibus singulas, in singulis pedibus singulas, in mantili tres. Sunt omnes, xvii. & decem ex eis obscuriores.

Cum

Canis.



Vm tetigit solis radios accenditur ætas.
Discernitq' ortu longe sata uiuida firmat,
At quibus arctatæ frondes aut languida radix
Exanimat, nullo gaudet maius ue minus ue

Agricola, & sidus primo speculator ab ortu.

Sicutius stella est in medio centro cœli, ad quam cum sol accesserit duplicatur calor, & languore afficiuntur corpora humana. Situm autem stellam uocatæ putant propter flammæ candorem. Latini autem illam caniculam uocant, unde & dies caniculares dicuntur, quia quandiu sol in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacentium commutatur. Nam aut uincitur, aut morbos utitur uitibus. Hinc est quod cum certo tempore oritur non semper est noxia. Quidam uero dicunt canem fuisse quæ Europæ cum draconem custos data est, quæ postea Minos utraq' accepit, eandem postea ob medicinæ causam Procridi in munere datam, quæ postea Cephalus utraq' possedit uit Procridis, qui eam ad Thebas duxit ad uulpe, Thebanorum agros infestatæ cui cani fatum est ne ab ullo posset interfici, item q' uulpi. Iuppiter uero uulpe in lapidem conuertit, & canem astris intulit. Amphianus tragediarū scriptor refert, quod cum hominibus stelle relinquerent locum, missus est legatus canis ad Dolorā, quam ut uidit tempore tempestivo adamauit, qui cum flagraret amore nec posset frui, magis asperius urebatur, calamitate accepta & deos adiutores inuocare ceperit, tūc Aquilo misit filios suos adolescentes, qui operā cani tradiderēt, & ipse flatu suo canis ardore sedauit, qui flatus etesiæ dicitur, amotis autem memoria remansit, sunt qui aliter memorent. Icarus à Libero hospitio receptus est, qui ei in munere utrem plenū uino tribuit, iussitq' ut in reliquas terras propagaret. Icarus dehinc Athenæcum in terram Atticam ad posteros deuenisset, eis genus hoc suavitatis ostendit: pastores autem cum immoderatus biberent, ebrii facti cōciderunt. Qui arbitrantes Icarum malū medicamentū sibi dedisse, eum fustibus interficerūt. Icarū autem occisum, canis qui cum eo fuerat, Nearea nomine, ululans, Erigone eius filiæ monstrauit ubi patet in sepultus iaceret, quæ cum uenisset eius corpus sepeliuit, ipsaq' se in mōte Hymeto contulit, ibiq' laqueo sibi morte consciuit. Tunc dicitur Liber à loue petuisse ut Erigonem & Icarum astris inferret. Iouis autem audita eius petitione, Erigonem signum uirginis nominauit, Icarum autem patrem eius arctorum. Qui cum exortitur tempestas mari terræ efficit, cumq' Athenas pestilentia oppimeret, ex oraculo responsum est cessaturā pestilentiam, si per annos singulos de frugibus & uindemia Icaro & Erigone primū delibaretur. Quod factum est ab Atheniensibus, qui diebus festis instituis aras constituerūt, ideo quia illam pendentem aspicerunt, quod est apud Græcos, ex quo factum est, ut soli oscilo iastarentur homines. Canis autem Icati qui ululans ante pedem pendentis uirginis mortuus est, Astrycion nominatur, quod nos canisstellā dicimus, qui ob eandem causam quando exortitur summam pestilentiam hominibus facit. Habet autem stellas in capite unam, quæ Isis dicitur, clarā, in lingua unam, quam Sirium uel Canem uocant, quæ magna est & splendida, in collo duas, in singulis humeris singulas obscuras, in pectore claras duas, in anteriore pede sinistro tres, in dextro una clarā, in extremitate dorsi tres, in uentre duas, in sinistro femore una, in posteriori pede sinistro una, in summitate caudæ una. Fiunt omnes xx. Situm autem est hoc signum intet hyemale tropicū, & æstivum subterraneum qui australis uocatur.

Dasypus.

Sic utrumq' oritur sic occidit in freta sidus.

Tu patuum lepotem perpende sub Orione.

Lepus sub pedibus Anticanis et Orionis constitutus est. Hic dicitur Orionis canem fugere uenantis. Nam ut uenatorem eum finixerunt aliqua de causa, ita lepotem ei ad pedes fugientē finixerunt. Quidā negant tam nobilē tamq' magnū uenatore, de quo ante

ante in scorpione signo diximus, & postea in ipsius figura dicemus, oportere leporē nati. Callimachusq; accusat eum, quod cum Dianæ scriberet laudes, dicit eam lepotino sanguine gaudere, & eos uenari dixerit. Nō nulli à Mercurio inter astra collocatū dicant propter nimia uelocitatē, siue quod inter quadrupedes plus pariat, & quosdā fetus partiat, quosdā uero in uentre habeat, sicut Aristoteles philosophus ait, qui de animaliū ratione differuit. Antiquitus aut̄ dicebatur in insula Hiero nullū leporē fuisse, sed ex eorū ciuitate adolescēs quidā studio generis ab exteriis terris leporē fēminā produxit, & ad eius partū diligentissime quae opus essent administravit, itaq; cum peperisset & cōplures eius ciuitatis ad studiū intendisset, & partim pretio, partim beneficio mercati essent, omnes lepores alete cōperunt, quibus cum nihil daretur ad manducandū, impetu facto omnia comederūt, quo facto insulā calamitas afflixit, itaq; postea leporis figurā astris contulerunt, ut homines meminissent nihil his exoptandū in vita, si insolēter utātur lātitia qua dolorē capere posterius cogātur. Habet aut̄ stellas in singulis auribus singulas, in pectore duas, in dorso nitidā unā, in posterioribus pedibus singulas. Sunt aut̄ omnes. vii.

Argonautis.



T cum decurrentis inhibet iam nauita temnos,
Auersemq; ratem uotis damnatus ab ore,
Perlegit optatam cupiens contingere terram.
Sed quia pars violata fuit, coēuntia saxa
Numine Iunonis tutus confugit Iason.

Hæc micat in cœlo lateri non amplior, actus
Qua surgit malus, qua debet reddere proram,
Intercepta perit, nulla sub imagine forma.
Puppis demisso tantum stat lucida clauo.

Post canis igitur magni caudā secundū stellarum ordinē nauis cōstituta est, quam quidā beneficio Mineruæ inter astra collocatam dicūt, quæq; prima ab ea fabricata est, et mare quod antea in uium fuerat hominibus periuū naualis ingenio fecit, quam notatam in cœlo figurauit, sed à gubernaculis usq; ad malū, nōnulli dicunt Danaū Beli filiū ex cōpluribus coniugibus quinquaginta filias habuisse, fratrem aut̄ eius Aegyptū totidem filios. Danaum aut̄ & filias eius interficere uoluit, ut regnū paternū solus obtineret, easq; filiis suis uxores à fratre poposcit. Danaus aut̄ cognita malitia Mineruā intuocauit adiutricem, tunc primū dicitur Minerua nauim fecisse, quæ Argos appellata est, cum qua Danaus ex Aphrica Argos profugit. Aegyptus filios suos ad persequendū fratrem misit. Qui postquam Argos uenerunt patruū impugnare cōpetunt. Danaus aut̄ ut uidit se eis obſistere non posse, dedit eis filias suas, quæ patris iuſſu viros suos una nocte interfecerunt, sola Hypermestra Linum seruauit, ob quod phanum illis factum est, cæteræ vero dicuntur apud inferos in dolium pertusum aquam ingetere. Habet aut̄ nauis stellas in puppe quatuor, in catastroma quatuor, in malo summo tres, in singulis temoniis quinq; sub carina quinq;, sunt omnes. xxvi.

Cetus.

Diuerso posita & boteæ uicina legenti,
Auster pistis agit duo sidera perlegit unum.
Namq; aties supra pistim piscesq; feruntur,
Bellua sed ponti non multum præterit amnem.

Potro sub atiete & piscibus super fluuium cetus in cœli regione collocatus est. Dicitur autem à Neptuno missus ad Cepheum propter inuidiam Nereidis, à qua contra Cassiopeiam & Andromedam exardestebat propter nimiam pulchritudinem: huic cetui Andromeda proposita erat, quæ Perseus interfecit, & ab Ioue astris illatus est, ut memoria actus maneret. Habet aut̄ stellas in caudę extremo claras duas, à cauda usq; ad gibbum eius sex, sub uentre sex. Sunt omnes. xiiii.

Eridanus fluuius.



Lanxere ignotis Asiae Phaethontides undis,
Eridanus medius liquidis interiacet astris.
Huius pars undæ lauum ferit Orionis,
Lapsa pedem, procul amotis qui piscibus usus,
Vincula coniecat nodus cristam super ipsam,
Aequore pistis adit, sunt illi libera cœlo
Sidera nonnullam specie reddentia formam.
Sub leporisq; latus uersam, post deniq; puppim
Inter & Eridanum flexusq; cauumq; carinæ.
Atq; hæc ipsa notat, si nullam ferre figuram.
Sunt etiam toto sparsi sine nomine mundi,
Inter signa ignes, etiam quibus & sua desit
Forma, per oppositi noscuntur lumina signi.

Fluuius, ut superius diximus, subter cetum collocatus est, cœli regione cernitur. Ad quem sinister Orionis pes exteditur. Ab Arato & Pherecide Eridanus Padus esse putatur, & ideo inter astra collocatus, quod à meridianis partibus dirigere cernitur. Hesiodus autem dicit eum inter astra collocatum propter Phaethonta Solis, & Clymenes filium: qui dicitur currum patris ascendisse, cumq; à terra altius leuaretur, præ timore in Eridanum fluuium, qui & Padus dicitur, cecidit, ab Ioue fulmine percussus, & omnia ardere coepunt, causaq; extinguendi uniuersos amnes immisso esse, omnèq; mortalium genus interiisse, præter Pyrrham & Deucalionem. Sorores quoq; Phaëtonis flentes in arbores populos uersæ sunt, lachrymæq; eatum in electum durate dicuntur, Heliadesq; appellatae, ipsas autem nomina habuisse: Merope, Helie, Aegle, Aegiale, Petre, Phœbe, Chætie, Diosippe. Cygnus quoq; rex Liguriæ Phaethontis propinquus, dum fletet, in cygnū conuersus est, id quoq; mones flebile canit, à quibusdam uero Nilus, qui & Gyon existimat, & ideo inter sidera collocatus, quod à meridianis partibus cursum dirigit. Est autem sidus multarum stellarum luce adornatum, & subiacet ei stella, quæ uocatur Canopus siue Ptolemaeon splendens, tangitq; temonē nauis: appetit autem humillima, eo quod circa terram esse uidetur, & nullū sidus inferius appetit, ob quod terrestris uocatur. Habet autem stellas in primo flexu quatuor, in secundo tres, in tertio tres, usq; ad nouissimam septem, quas dicunt in ore Nili fluuii esse: sunt omnes. xvii.



Nfimus hydrochoos, sed quæ uestigia figit
Sunt aliae stellæ, quæ caudam bellua flectit.
Quaq; caput piscis media regione locatæ.
Nullum nomen habent, nec causam nominis ullam,
Sic tenuis cunctis iam pene euauit ardor,
Nec procul hinc dextra diffundit aquarius undas,
Atq; imitata cadunt errantis signa liquoris
E quibus una magis sub cauda flamma relucet.
Squamigeræ pistis pedibus subit altera signi.
Fundentis latices, est & sine honore corona.
Ante sagittiferi nullum pernicia crura.

Piscis magnus cuius nepotes dicuntur pisces qui in circulo zodiaco constituti sunt, dicitur in astra collocatus, eo quod decidens in Boeth stagno, Phacetus filia Venetis in pisces sit transfigurata, quam Syri deam nominauerunt. Quidam autem dicunt quod de stagno filiam Venetis saluauerit. Vnde usq; hodie Syri pisces argenteos in templo sacraverunt. Est autem signum in parte australi, quod pisces orientibus oritur, quem pisces dicunt aquarii urnæ habere effusionem. Habet autem stellas xii. è quibus una fuit esse sub pedibus aquatii, & tres in bracchiis eius. Ipse autem clatiores esse cæteris noscuntur.

Scuntur. Inter haec sunt astra siue signa quae planetae appellantur.

 Ceanum occasu tangit tanto & magis atte,
 Thuribulo metæ uim celo suscipit, & iam
 Præcipiti tactu uastis dimititur undis.
 Multa dedit natura homini rata signa salutis,

Venturamq; nouis cladem depellere suasit.

Inter certa licet numeres sub nocte cauenda

Thuribulum, nam si fordebunt cætera cœli,

Nubibus obductis illo splendore timeto,

Ne pacem pelagi soluat violentior austro,

Tunc mihi siccentur astris cornua uelo.

Erigat, etmittantq; latus per inane tudentes.

Quod si deprehensa turbauit linæa puppis,

Incubuitq; sinu laxo, uel mergitur undis

Prona ratis, soluetq; inimicum Nerea prora,

Vel si perspexit seruator Iuppiter æger.

Vltima persoluunt iactata uota salutis,

Nec metus ante fugit, quam pars effluxerit orbis

Quæ boream cœlum spectantibus indicet ottum.

SActarius qui & Pharum dicitur, est signum nauigantibus semper cottatum, quod sequitur scorpionis caudam. Quod quidam locatum inter astra dicunt, quod in eo dii primum mutuo coniuratione fecerunt, cum Iouis contra Saturnum fecit, quod memoria non solum astris illatum, sed etiam hominibus hoc habere institutum, quia in agonibus & ludis quinquennalibus coronæ habentur, & federis testes adhibentur, itemq; uates per quos futura respondentur in symposiis domibus consecrantur, & iure Iuppiter igneū sibi uelamen, ne eius fulminū potētia deprehenderetur adhibuit. Habet stellas quatuor, duas in superficie, in qua prunæ fuisse dicuntur, duas in uase eius.

Centaurus.

 Nde per ingentes costas, per crura, per harmos

Nascitur intacta sonipes sub uirgine dextra,

Seu prædam è sylvis portat, seu dona propinqua.

Placatura deos cultor Iouis admouet aræ,

Hic erit ille pius Chiro tutissimus omnis

Inter nubigenas, & magni docto Achillis.

Hic humero medium scindens iter ætheris alti.

Sicut tenuem traxit nubem stellas ue recondit,

Toto clarus equo uenientes nunciat euros.

CEntaurus dicitur Saturni & Phillyre filius, nam Saturnus cum Iouem filium que^rret in Thracia cum Phillyra Oceani filia in equum uersus dicitur concubuisse, & ex ea Chironem centaurum natum, artis medicinæ inuentorem, ipsamq; in arborem φίλυρα, hoc est, tiliam uersam esse, & habitasse Chironem in Pelio monte, inter homines æquissimum, à quo Aesculapius medicina, Achilles cithara, in astrologia Hercules litetis instrudi sunt, cuius hospitio cum Hercules uteretur, sicut Antisthenes dicit è phasætra sagitta lapla dicitur pedem eius uulnetaffe, acceptoq; uulnere illum animam exha^staffe, & ab Ioue astris illatum. Est aut signum ad aspectū Sacrati. Vnde & ad idem Sacrati sacrificare uidetur. Habet stellas in capite obscuras tres, in singulis humeris singulas claras, in dextro cubito unam, in eadem manu unam, in medio pectori unam, in spina duas, in uentre splendidas duas, in dextro lumbo claram unam, in cauda tres, in singulis genibus terrorsus duas, in utroq; harmo unam, in utrisq; pedibus anteriores singulas, fiunt omnes xxxiii. Quidam arbitrantur tenere in sinistra manu acma

q & leporem,

& lepotem, in dextra uero bestiolam quæ *br̄gion* appellatur & *b̄rgoray*, id est, utrem uini plenum, in quo libabat diis in sacratio. Habet autem stellas bestiola in capite unam in spina claram unam, in cauda duas, in summo pede posteriore claram unam, in anteriori pede unam claram, in thyrsio tres. Sunt omnes xxxiii.

Hydra.

Hic primos ortus crater premit ulterioris,
Vocalis rostro corui super hydraq̄ lucet.

Hydra super cuius caudam coruum sedere dicunt, & in medio urnam afferunt, est signum in parte australi, caput deflexum habens ad cancerū, cuius sinuosissimae corporis medietas est connexa sub leone, caudam uero extendit ad Centaurum, supra quam sedet coruus: qui coruus ideo inter astra collocatus dicitur, eo quod fuerit in tutela Apollinis, à quo missus ad fontem ut diis ad libandum aquam deferret, qui cum uidisset arbores grossos sicut habentes, uolans consedit in eis donec maturae fierent, & aquam deferre distulit, post paucos autem dies peracto sacrificio cum ille siccus comedisset, & se diis peccasse sensisset, denuo ad fontem ut aquam hauriret rediit, & ab hydra exterritus uas vacuum reportauit dicens excessisse aquam, quæ fuerat in fonte, cognoscens Apollo si bi coruum peccasse, prohibuit eum eo tempore aquam bibere, ut Aristoteles dicit in eo libro, qui de bestiis scribitur. Et Isidorus in naturalibus, uel in physicis memoriae tradidit, quod ipse peccati poenas daret, qui & postea astris illatus est. Crater autem in medio angue positus est, caudam autem anguis coruus appetit rostro, neque potest iuxta accedere ut bibat. Habet anguis stellas in capite claras tres, in prima flexura sex, & una ex eis obscura, ad ultimum in secunda flexura tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta usque ad caudam octo claras, sunt omnes xxvi. Paululum sub prima flexura crater siue urna situs est inclinatus ad genua uirginis. Habet stellas in labris obscuras duas, per singula lateta tres, in fundo duas, sunt omnes x. Coruus autem qui est ad ultimam eius caudam spectans ad occasum habet stellas in capite clarā unā, in ala duas, in cauda tres, in pedibus singulas ab unguibus, sunt omnes sex, omnes simul sunt xxxiii.

AEthereum uenit thalamū super imbribus atrum,
Et tonitru crebrāq̄ abscondit grandine terras.
Temperat in geminis annum, nec crede sereno,
Nubila nec diuturna putes cum sidere cancri.

Fons erit ardantis, tamen hoc in littore certum,
Flagrantis placide lucens hic temperat annum.
Composuit sedem Nemeæis finibus astrum
Virgineq̄ & libra semper pendentia tantum
Nubila continua magis in statione manebunt.
Nunc quoq̄ nulla fides ccelum cum scorpius acer
Stat super, incerta nanci omnia lege feruntur.
Heu quantis terras cum Iuppiter ignibus omnis
Obruere, aut glomerata caderet quam densa per astra,
Immitis grando cœlo, quam sœpe sonabit,
Cum spatium attigerit tendentis singulaq̄ ignis.
Non tertis imbres, ponto non flamina deerunt,
Et cœli terret sonitus mortalia corda.
Cum sedem ægoceri cithereius attigit ignis,
Hortidus ad gelidos portendit aquatus ignes.
Hybernæq̄ cadunt pluuiæ, concretaq̄ grando.
Piscibus à geminis sub prima recurret astra,
Hesperus hæc tibi signa feret, cum lucifer ora
Inreditur uenus alma polum, sed ubi hesperus ignes

Prognost.

Prougeat æthereos, & noctem ducere terris
 Incipit, exoriens ecce hæc Cythorea mouebit.
 Vere cauete imbres & fulmina culmine ab alto,
 Phtixeum tutilo pecus irradiauerit astro,
 Nubila commixtusq' fragor pluuialibus undis,
 Flaminâq' assiduo tertis tum stantia pulsu.
 E celo diri dieicti grandinis ictus.
 Vere magis nitido tauri cum sidere fulxit,
 Appota geminis eadem constantia præstat,
 Cum dederit soles inducit nubila celo,
 Nubila cum fuetint subitos mirabere soles
 Et modo te uento gelido modo protinus imber,
 Lucent alterna superabit nube serena.
 Sin leuis ingressa est spatio si sidera cancri,
 Pacem mundus habet, non nulli corpore soles
 Pestiferi incendunt: non sidera densa solutos,
 Astingunt artus alieno tempore lenis,
 Omnia pacato tum sidere temperat aer.
 Ac rapidis idem ne solibus aestuet orbis
 Efficient magni conspecta signa leonis.
 Virgine erunt pluuiæ, pleriq' in nube fragores,
 Concaua quos reddunt inclusu nubila uento.
 Detrahit autumno pluuias eademq' repellit,
 Nubibus assiduis, cœlumq' ob frigora prima.
 Extremum autumni superent glacialia terræ.
 Scorpios at ratis ne quis caua terra grauetur,
 Horrebit pluuiis ad diros omnia nimbos,
 Continuisq' tuit cum per sinuosa tenetur.
 Cornua centauri rapida distincta sagitta,
 Aegoceros imbres & crebro lumine ruptos
 Nubibus elidet sonitus, tremulog' nitore.
 Flagrantis teli mortalia numina uincent.
 Hæc eadem fundens prædictit Aquarius imbrem
 Extremis saeuis maria in crebrescete uentis.
 Ostendunt pisces Veneris quos stella notatit.
 Et quoniam certis extat uia cognita signis,
 Accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis.
 Si modo Phoebi flammæ euasetit axis.
 Matutina ferens solitos per sidera cursus,
 Cum pecudum uillis auratam fulsetit astrum,
 Ventorumq' graues & ditæ grandinis iræ.
 Non intermissio patienti tempore surgent,
 Qui pluuias alias etiam in regione notabis
 Affore non omni, namq' est tunc imber in artus.
 At ubi se taurus sinuatis cornibus effert,
 Grandine significat geminis tranquilla serenit,
 Et placidum nautis spondet coelumq' fretumq',
 Nubila atq' imbres aestus ac frigora miscet.
 Certior ardor erit quamvis iuuet aura fauoni,
 Cum uasti calida radiabit sede leonis,

Templa sed ætherei simul ac possederit ignis.
 Omnia mixta feret, pluuias meditabitur ingens.
 Vnde grando uenit, rumpuntur culmina nimbis,
 Centauri attigerit cum iam Cyllenus arcus,
 Aut ubi consurgit capricornus & ipse biformis,
 Aut subitos cœlo deducet crebrius imbres.
 Fulminis aut iactu magnū pertrumpit olympum,
 Nulla serenato capricornus nubila cœlo
 Comparat, aut gelidos flatus cœlicq' fragores.
 Non alio melius signo prædicere possis.
 Piscibus hæc eadem quamuis cognoscere fas sit,
 Quandoquidem exoritur mundo Cyllenus ignis.
 Quid faceret primum modo cum lumen solis,
 Tempus & occasus moneat quoq' discete Phœbi.
 Ver erit hybernis totum execrabile nimbis,
 Et crebro tonitu iunget florentia rura,
 Spesq' nouæ segetis quatentur grandinis iictu,
 Vretur cœlum magni cum tegna tonantis.
 Ingrediens pecudis ingreditur aucta terga,
 Hinc & Agenorei stellantia cornua tauri,
 Quid uerant gemini rapido quid sidere cancer,
 Si penitus quætas taurum saeuita videbis.
 Grandine nec contra ferti ratione probanda,
 Aut cancero aut geminis calidus uestigia seruat.
 Hic quo dicta leo saeuisq' caloribus ardet.
 Flatus at geminis miscet tranquilla serenis,
 Speciferaq' manu tendenti libera nuru
 Dissentit diuæ, sed ut hæc uentura serena
 Nuntiat, & uentis cessat mare, cessat & aëris.
 Scorpions in pluuias ratus, sed nubibus attis,
 Creber agit nimbos & saeva tonitrua portat.
 Clara sagittiferi tetigit cum lumina signi,
 Aegocero semper cœlo leuis excidit imber.
 Frigidus at rapidis horrebit aquarius eurus.
 Brumalesq' dabit pluuias atq' igne perenni,
 Cum sonitu quatiet nubes secura laboris.
 Non frustrans animum certo me limite ducat,
 Hæc eadem tibi signa dabunt non irrita pisces.

Solem per seipsum constat moueti, non cum mundo uerti, sed in zodiaci circuli obliquitate cursum peragrate paulo superius diximus, qui dum per trecentos sexagintaquaque dies & quadrantem, zodiacum lustret, & singula tricens diebus denisq' hostis ac semisse, id est, dimidia hora transcurrat in cremento dimidiaturum horarum quanto anno unum diem complet quem bisextum nuncupant, qui dies conficitur ex quadrantibus. Nam cum duodecies semis sex horas integras faciant, id est, quadrantem. Hic quadrans quater duætus vigintiquatuot horas perficit, idem unum diem cum sua nocte complet, & in quattro bisextu, ut præfati sumus efficit. Sol interea dum igneus sit, præ nimio motu conuersionis sua amplius incalescit, cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriti, & è contrario elemento uirtutem luminis & caloris accipere, unde uidemus eum saepius madidum atque torantem. Tunc autem eclipsim patitur, quod latine defæctio dicitur, quotiens luna xxx, ad eandem lineam qua sol uehitur peruenit, eiq' se obiciens

ēum obscurat, unde deficere nobis uidetur, cum ei orbis lunæ opponitur. Signa etim
tempestatis uel serenitatis hoc modo astrologi mundi cognoscenda esse dixerunt. Ver-
gilius nanque ait, si sol in ortu suo maculosus sit, atque sub nube latens, aut si dimidia
pars eius apparuerit, imbre futuros: item Vattro ait, si exortiens concavus uidetur, ita ut
ē medio fulgeat & radios faciat partim ad aquilonem, partim ad austrum, tempestatem
humidam & uētōsam futuram innuit, item si sol inquit tubeat in occasu syncerus dies
erit, si paleat tempestatem significat. Nigidius quoq; ait si pallidus sol in nigras nubes
occidat, aquilonem uentum significat. Hunc etiam Græci Apollinem appellauerunt, à
quo se spiritum accipere arbitratur. ἔπολλας enim græce, latine perdens dicitur, quod fer-
uore suo omnem succum uirantium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam di-
uinationis Deum esse uoluerunt, siue quod sol omnia obscura manifestat in luce, siue
quod in suo processu & occasu eius orbita multimodos significationum monstrat esse
etius. Sol dicitur aut ex eo quod solus sit, aut quod solito per dies surgat & occidat. Hunc
etia sine barba pingunt quia occidendo & nascendo semper est iunior, siue quod nū-
quam in sua uirtute deficiat, ut luna, quæ crescit aut minuitur. Huic quoq; illā ob cau-
sam quod aut quadripartitis temporum uarietatibus anni circulum peragat, id est, uer-
ni, aestatis, autumni, & hyemis, aut quod quadripartito limite diei metitur spatium. Vnde & ipsi equis condigna nomina posuerunt, id est, Erythræus, Actæon, Lamptos, &
Philogæus, Erythræus græce tuber dicitur, quod à matutino lumine rubicundus exur-
get: Actæon lucidus dicitur, quod tertia hora instantे lucidior fulgeat: Lamptos uero
lucens uel ardens dicitur, quod fit dum ad umbilicum diei contra arcticum conscede-
rit circulum: Philogæus græce terram amans dicitur, quod hora nona proclivior uerges
occasui pronus incumbat.

LVna tertis uicinior est quam sol, siue quam cætera errantia sidera. Vnde & breuiore
orbe celetius peragit cursum suum. Nam iter quod sol trecentis & sexagintaquinq;
diebus & sex horis peragit, luna uigintiseptem diebus & octo horis percurrit, singula ue-
ro signa sol tricentis diebus & denis horis ac semisse. Luna autem binis diebus & semis
hora bisse unius perlabitur. Vnde fit ut quantum spatii in zodiaco luna percurrit, tan-
tum sol tredecim diebus expleat. Hanc quidam philosophorum dicunt propriū lumen
non habere, globiq; eius unam partem esse lucifluam, aliam uero obscuram & paula-
tim se uertendo diuersas formas efficere. Alii conita aiunt lunam globum suum habe-
re, sed ignem à sole concipere, & quantum percutitur ardescere, & quantum à sole disce-
dit augeti. Cum uero contra steterit, fertur ex aduerso & uelut speculum non uim sed
imaginem reddit, unde & defectum patitur, si inter ipsam & solem umbra terræ inter-
ueniat. Hac enim crescente uiuetsa gignentia pubescunt, tenuescente tenuatur, humores
etiam & spiritus omnis augescit, tumescit Oceanus, quod diuerso cœli & uagantium
stellarum temperatur, atq; deteritur, & infra fluit, id excipit luna & soli tradit, quo & ani-
malia rugescunt, & humus quodammodo animatur genitali calore, & ut ita dixerim,
uiva plutimum ualent in originibus quam in ortu sunt, languent in occasu, ortum fa-
cit in stella quam sol preterit, deinde statione matutina cum à quinto loco solis steterit in
eodem manet signo donec ab eodem sole moueat, quæ contraria est soli, mane occi-
dit, oritur simul nocte & uocatur Chronicos. Deinde rursus altero latere à quinto signo
deprehensa, post meridiana stationem facit donec ingresso sole idem signum sub radiis
eius delitescens in totum occidat. Aspiciunt inter se stelle ex tertio signo quod dicitur tri-
gonum, & habent maxime cōfusionem: item à quarto signo quod tetragonon & cen-
trum uocatur, & in alterutrum maxime præstant effectum. Item ex contrario quod est
septimum signum & diametron uocatur, quæ maxime aduersum cætera dissident uel
leuiter aspiciunt, ut sextū quod dicitur hexagonon. Signa tropica peregrinis nationi-
bus presunt & omnino motibus & consiliis subinde uariantur, atque permutantur bi-
formia generatione, rerum omnium repetitionem significant, & interim dilationem

solida q̄e hemēter & instanter efficiunt & ad exitum uel prospera uel aduersa perducūt, sicut aspiciuntur à stellis, uel fauentibus, uel repugnantibus. Iam uero quia de eius cursu uel ordine sub breuitate diximus, restat ut quid de ea ḡtiles senserint edicamus. Lunam gentiles Dianam, germanam Solis quem Apollinem nuncupabāt fuisse dixerunt, & sic ut à sole, spiritum, ita se à luna corpus accipere arbitrabantur. Dicebant enim eam uiarū præsidem & virginem, eo quod in uia nihil pariat. Idcirco igitur ambo sagittas habere dicuntur, quod ipsa duo sidera de celo radios usq; ad terram emittant, ideo faces, quia luna illuminat, sol & illuminat & exurit, ideo bigam luna dicitur habere, siue propter uelocitatem, siue pro eo quod nocte & die apparet, ideo unum equum album & alium nigrum dicitur habere, eo quod hyeme & æstate plus luceat quam uere & autūno. Diana autem luna dicta est quasi diane, eo quod die ac nocte apparet ipsa, & Luna eo quod luceat, & Triuia eo quod tribus fungatur figuris, de qua Vergilius ait: Tria virginis ora Diana. Nam eadē luna, eadē Diana, eadē Proserpina uocatur, id est, cœlestis, terrestris, & infernalis. De qua quidam. Denique cum luna est sublustris splendet amictu. Cum succincta iacet calamis Latonia virgo est. Lunā uoluerunt etiam apud inferos Proserpinam, seu quod nocte luceat, siue quod humilior currat & terris præsit, unde bigam boum habere dicitur, illo uidelicet pacto, quo detrimenta eius, non solum terra, sed & lapides uel crebra animantium, & quod magis incredibile sit etiam lætamina sentiunt, quæ in lunæ incrementis eiecta uermiculos partuant: ipsam Dianam dictam nemoribus uolūt, simili modo quod arborum ac fruticum succo augmenta inducat. Deniq; clementis lunæ abscissa ligna furfuraceis tinearum terebra manibus fistulasunt. Nemoribus quoq; adesse dicitur, quod omnis uenatio plus nocte q̄d die dormiat. Endymionē uero pastore amasse dicitur duplo scilicet modo, seu quod primus hominū Endymion cursum lunæ inuenierit, unde & triginta annos dormisse dicitur, quia nihil aliud in uita sua nisi repetitioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa scribēs tradidit, siue quod Endymionē amasse fertur, quia nocturni rotis humor qui est siderū quoq; ipsius lunæ animalis herbarū succis insudatur & pastoralibus prosunt successibus. Præterea signa tempestates uel & serenitatis in ea uideri posse antiqui dixerunt. Nigidius ait: si luna in summo circulo maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbres futuros significat, si in medio tunc cum plena sit in eo corniculo serenitatem. Cæterum si tubet quasi aurum, uentos ostendit, sit enim uentus ex aëris densitate, obducta sol & luna rubescit. Item si cornua eius terra fuerint nebula, tempestas futura est. Aratus autem dicit, si aquilonium cornu lunæ est correctius aquilonium imminent. Item si cornu australe sit erectius notum imminent. Quarta aut luna index futurorum certissima habetur auctarum. Vnde & Vergilius. Si in ortu quarto, namq; is certissimus auctor.

Bruma in fauonium.

Caesari nobilia sidera significant. iii. calen. Ianuarias matutino canis occidet, quo die Atticæ & finitimi regionibus aquila uestere occidere traditur. Pridie nonas Ianuarias Caesari delphinus matutino exortitur, & postero exortitur fidicula, quādo sagitta uesteri occidit. Item quinto Idus Ianuarias eiusdem delphini uestertinus occasus & continui dies hyemis Italiae cum sol in aquarium sentitur transire, quod fere xviii. calen. Feb. euénit. viii. Feb. regia stella appellata Tuberone, in pectore leonis occidit matutino, & pridie nonas, Febr. fidicula uesteri occidit.

